

THOMÆ MORI
EXPOSITIO
PASSIONIS
CHRISTI,

Conscripta
In carcere Arcis Londinensis,

ANNO
M D XXXV.

[T] 2

EXPO-

EXPOSITIO
PASSIONIS DOMINI,
EX CONTEXTU IV. EVANGE-
LISTARUM, USQUE AD COMPREHENSUM
CHRISTUM:

*AUTHORE THOMA MORO,
dum in arce Londinensi in carcere agebat.*

**DE TRISTITIA, TÆDIO, PAVORE, ORATIONE
CHRISTI ante captionem ejus, Matthæi 26. Marci 14.
Lucæ 22. Joannis 18.**

Matth. 12.

Hac quum dixisset JESUS, hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.

Marc. 14.

TOT sancta verba, quorū habuerat Christus super cœnam cum Apostolis, hymno tamen, quum digredētur, absolvit. Heu, quam dissimiles Christo sumus, qui Christi nomen gerimus, & non inania tantum & otiosa (de quibus tamen ipsis reddendam rationem CHRISTUS admonuit) sed & pernitosia multa confabulamur in mensa, & cibo tandem, potuque distenti, nullis actis gratiis conviviorum nostrorum largitori DEO, immemores & ingratiti discedimus?

Burgenlis Vir eruditus, & pius, & sacrarum rerum indagator egregius, idoneis conjecturis autumat, hymnum, quem tum Christus dixit cum Apostolis, fuisse sex illos Psalmos, quos simul junctos, Hebrei nominant, Magnum Alleluja, neimpe Psalmum illum 112. cum quinque deinceps sequentibus. Nam & illos sex Psalmos, sub nomine Magni Alleluja, solent Hebrei ex antiquissima consuetudine pro gratiis agendis in Paschate, & aliis quibusdam præcipuis festis orare, & eundem hymnum in eisdem festis eriamnum percensent. At nos, quum dicere soliti sumus in agendis gratiis, & benedicenda mensa diversis temporibus hymnos diversos, eosque tempori quemque suo accommodos: nunc universos fermè permisimus exolescere, & tribus verbis qualibuscunque contenti, eisdemque perfunctorie multifatis & oscitanter abimus.

Exierunt in montem Oliveti.

Non in lectum. Propheta ait: Media nocte surgebam, ad confitendum tibi. At Christus nec se reclinavit in lectum. Sed nos utinam, vel illud vere possemus dicere: Meinot fui tui super stratum meum. Nec erat ætas jam, quum Christus à cena transiret in montem. Erat enim non ita multo post æquinoctium vernum, & frigidam fuisse noctem, vel ex eo liquet, quod ministri se calefaciebant ad pru-

nas in atrio Pontificis. Sed quod non istud tum primum fecit: aperte testatur Evangelista, quum dicit:

Secundum consuetudinem.

IN montem ascendit, ut oraret, significans sublevandos animos à tumultu rerum humānarum in contemplationem cœlestium, quum nos ad orandum componimus. Sed nec mysterio caret Oliveti mons consitus videlicet Olivæ. Erat enim in usu publico ramus Olivæ, symbolum pacis, quam Christus venerat inter hominem. Deinde diu jam dissidentes compiturus. Quin & oleum, Olivæ fructus, Spiritusunctionem designat, quem Christus venit, ut ad Patrem reversus mitteret in discipulos: ut quæ nondum portare poterant, si audirent, paulò post uinctio doceret.

Trans torrentem Cedron in villam, cui nomen Gesemani.

Torrens Cedron Hierusalem urbem, & montem Olivarum interjacet: significatque Cedri vocabulum, Hebraica lingua, tristitiam, Gesemani nomen, Hebreis sonat vallem pinguisimam, seu vallem Oliveti. Non est igitur quod puremus temere factum, ut horum locorum ista nomina tam diligenter commemorarent Evangelistæ. Alioqui enim quum eum narrarent in montem Oliveri progressum, abundè latissimè putassent: nisi Mysteria quædam sub istis locorum nominibus obvelasset Deus, ad quæ, commemoratione nominum studiosis hominibus occasio præstaretur auxilio Spiritus eruenda. Etenim quum nulla syllaba credi possit otiosa in ea Scriptura, quam scribentibus Apostolis sacer dictavit Spiritus, Matth. 10. neque palear cadat super terram sine Deo: ego nec Evangelistas ea nomina commemorans fortuito, nec Hebreos locis illis indidisse (quicquid ipsi, quum sic appellabant, sequebantur) absque arcano, licet ipsis incognito, Spiritus sancti

rem, currebas cum eo, & cum adulteris por- Psalm.49
tione tuam ponebas.

Sciebat & Iudas, qui tradebat eum, locum:
quia frequenter convenerat JESUS illuc cum di-
scipulis.

Iterum nobis ex occasione traditoris in-
culcant Evangelistæ, & inculcando commen-
dant, illam Christi sanctam consuetudinem
cum Discipulis suis in illum locum, precandi
causa, commigrandi. Nam si duntaxat inter-
dum, ac non frequenter, noctu convenisset
illuc, non habuisset proditor pro tam certo
& explorato, Dominum ibi se inventurum, ut
eo Ministros Pontificis, & Romanorum co-
hortem, velut ad rem piratam perduceret:
quam si impatarum reperissent, ludibrio se ha-
bitos ab eo credidissent, nec abire paterentur
impune.

Ubi dunc sunt isti, qui sibi videntur Viti,
& quasi magnum aliquid fecerint, gloriantur
secum, si quando in præcipuis Vigiliis, aut
noctu paulo prolixius pervigilient in precan-
do, aut mane surgant ad orandum tempestivis?
Servator noster Christus habuit in consuetu-
dine, noctes totas insomnes in oratione tra-
ducere.

Ubi sunt, qui eum, quod Publicanorum
convivia non detrectabat, nec hominum pec- Matth. 11:
catorum aspernabatur officia, voracem voca-
bant & bibacem vini, & (prout erat rigidum
Phariseorum institutum) vix vulgaris illum
virtutis hominem ducebant? At dum hypo- Matth. 6:
critæ tristes, ut videbantur ab hominibus, in
platearum precabantur angulo: ille placidus &
benignus, peccatores ad vitæ frugem conver-
tebat in prandio. Idem rursus in precibus so-
lebat pernoctare sub dio, dum Phariseus hy-
pokrita molli stertebat in lecto. Utinam, quos
pigritia sic teneri constrictos, ut imitari tam
præciarum Servatoris exemplum non sinat, ve-
limus saltem quum nos in strato verimus in
alterum latus jamjam dormiri, has Christi
per vigilias in animum revocare, & vel brevi-
ter, donec redeat somnus, ei gratias agere, &
nostram damnare legniciem, & augmentum
gratiæ preceari. Certè si vel tantillum facere ve-
limus insuiscere: Facile mihi persuadeo, ma- Matth. 13:
gnun bonæ frugis incrementum brevi datu-
rum DEUM.

Et dixit: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem.
Et coassumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, caput
contrifari & mortuus esse. & parere, & tedere. Tunc
ait illis: Tristis est anima usq; ad mortem. Sustinet
hic, & vigilate mecum.

Reliquos octo iubens inferius aliquanto sub-
sistere, Petrum, Joannem, fratremque ejus Ja-
cobum secum provexit longius, ut quos præ-
cipuo quodam familiaritatis Privilegio cœte-
ris semper Apostolis antetulerat, quod etiam si
nulla alia ratione fecisset, quād ita vo-
luit, nullius oculis nequam debebat esse, quia
ipse bonus erat. Sed inerant tamen & causæ,
quas yideri potest respxisse. Nam Petrus
fidei

sæcundi consilio, qui sub nominibus illis recon-
didit eruendum aliquando sacrorum Mysteri-
orum depositum. Nam quum Cedron tristi-
tiam designet, ac præterea nigredinem, sitque
idem vocabulum, nomen non torrentis solum,
quod commemorant Evangelistæ, sed etiam,
quod satis constat, vallis, quam torrens perla-
bitur, & qua urbem ac Gesemani villam inter-
jacet: hæc nomina nobis (nisi somnolentia
præpediat) revocant in memoriam, quod dum
sumus in hoc corpore, ut ait Apostolus, pere-
grinamur à Domino: planè pertransfundus
est nobis, priusquam perveniamus in montem
Oliveti fructiferum, & in amœnam villam Ge-
semanni, villam non aspectu tristem & squali-
dam, sed omni jucunditate pinguisimam: per-
transfundus est (inquam) nobis prius vallis ac
torrentis Cedron, vallis lachrymatum & torrens
tristitiae, que sua inundatione possint peccato-
rum nostrorum nigredinem & sordes ablueret.
Quod si doloris & tristitiae pertæsi, hanclabo-
ris & pœnitentia locum, terram præpostere
nobis conemur in quietem, lætitiam, cœlumq;
convertere, perpetuo à vera fœlicitate nos se-
cludentes, in pœnitentiam seram & inutilem,
ne non intolerandas & interminandas ærum-
nas inveniagimus. Et hujus quidem rei per-
quam silutaris hæc tam apposita locorum isto-
rum nomina nos admonent. Sed ut sunt sa-
ctorum verba voluminum non ad unum alli-
gata sensum, sed pluribus fœcunda mysteriis,
eadem locorum vocabula tam concinne qua-
drant ad præsentem CHRISTI passionis hi-
storiæ, tanquam in id unum æternæ Dei pro-
videntia curavit ea loca quondam talibus in-
signienda nominibus, quæ aliquot postea se-
culis cum Christi facto collata, præordinatos
se acerbissimæ passionis ejus testes indicarent.
Nam quum Cedron significet denigratum, an-
non illud propheticum referre videtur, quod de Christo in gloriam suam per ignominiosum
tridente supplicium, ligure, crux, spulis, illu-
vie deformato prædictum est? Non est species
ei neque decor? Porro quād non otiole tor-
rens quem transvicit, significat tristem, ipse te-
Matth. 26. status est quum diceret: Tristis est anima mea
usque ad mortem.

Secuti sunt autem eum, & discipuli ejus.

Undecim videlicet, qui remanserant, seque-
bantur. Nam duodecimus, quem Diabolus
post bucellam ingressus evexit foras, qui Ma-
gistrum non sequebatur ut Discipulus, perse-
quebatur ut traditor, & nimium vere locum
fecit illi verbo Christi: Qui non est mecum,
Match. 12. contrame est. Erat enim vere contra Chri-
stum, cui tum maxime moliebatur insidias,
quum reliqui Discipuli sequerentur ad com-
precandum. Sequamur nos Christum, & Pa-
trum preceemur cum illo. Non emulemur Ju-
dam, ut digrediamur à Christo, pasti benefi-
ciis ejus, & laute cœnati cum eo, ne in nos
competat illud Propheticum: Si videbas fu-

fidei zelo, Joannes virginitate præcelluit, Jacobus vero frater ejus omnium primus erat pro Christi nomine martyrum lobiturus. Quin & Matth. 17 hos tres jam pridem glorificati corporis sui conscos & spectatores admiraverat. Par erat igitur, ut quos ad tam insigne spectaculum asciverat, & æternæ claritatis temporanea luce recreaverat, eos potissimum, quos robustiores esse conveniebat, proximos assecelas sibi ad prævium passionis agonem collocaret. Cæterum aliquantum spatii progressus, tristitiam, mœstitudinem, pavorem ac tedium tam acriter evestigio, ac tam acerbe in se sensit irruere: ut protinus apud eos anxiam illam vocem, oppressi peccoris indicem, ediderit.

Tristis est anima mea usque ad mortem.

Etenim moles immensa molestiarum tenuerunt piumque sanctissimi Servatoris corpus infedit. Imminere jamjam, & tantum non adesse sensit infidum traditorem, infenso hostes, vincula, columnas, blasphemias, verbera, spinas, clavos, crucem, & dira per horas multas continuata supplicia. Super hæc angebat eum discipulorum terror, perditio Judæorum, quin ipsius quoque perfidi proditoris interitus, indicibilis denique dilecta genitricis dolor. Hæc malorum omnium cunctim ingruens tempestas cor ejus pientissimum, velut ruptis aggeribus Oceanus, inundabat. Miretur aliquis fortasse, qui fieri queat, ut servator noster Christus, quum vere Deus esset, æqualis omnipotenti Patri, tristari, dolere, & mœstus esse potuerit. Non potuisse profecto, si quemadmodum Deus erat, ita duntaxat DEUS fuisset, ac non pariter homo. Nunc vero, quum non minus verus homo fuerit, quam fuit verus Deus: ego nihilo magis mirandum puto, quod vulgatos humani generis affectus (qui quidem culpa careant) habuerit, quam homo erat: quam quod quam DEUS erat, ediderit immensa miracula. Nam si miremur Christum pavorem concipere, tedium & mœstitudinem videlicet quum esset Deus: quidni miremur itidem eturisse, fuisse, dormisse? Siquidem & ista quum ficeret, nihilominus DEUS erat.

Sed hic fortassis objicias: Desino mirari quod potuit, at non mirari nequeo, quod voluit. Nam qui convenire potest, ut qui discipulos docuit, eos non timere, qui tantum corporibus possunt occidere, & post hoc non habent ultra quod faciant: eodem nunc pertimescat ipse, idque quum nec in corpus ejus possint quidquam, nisi quatenus ipse permitteret? Ad hæc quum ejus Martyres properasse constet a-lactes & exultantes, & tyrannis ac tortoribus insultantes ad mortem: quomodo non videatur indecorum, ad imminentem pœnam expavescere, tristari tam vehementer & concurti Christum ipsum, nempe Martyrum omnium Antesignanum & Ducem? Annon, qui omnia prius facere cœpit, quam docere, hac in re præcipue præire debebat exemplo, ut mortem ala-

criter ob veritatem discerent alii, ipso docente, subire? ne qui cunctanter, & timide mortem pro fide paterentur postea, eo suæ socordiæ blandirentur, quod se putarent authorem Christum sequi. Quod tamen quum facerent, & de causæ gloria plurimum detraherent, & aliorum animos sui timoris & tristitiae consperauerent.

Hæc atque hujusmodi alia qui objiciuntur, neque satis in omnes causæ hujus sinus intendunt oculos, neque Christi consilium, quo suos vetuit mortem metuere, satis animadvertisunt. Etenim haud illud voluit, ut nullo pacto prorsus horrent necem: sed ne sic horrent, & fugerent temporaneam, ut abnegando fidem current in æternam. Fortes etenim & prudentes suos volebat milites esse, non stupidos & amentes. Fortis est pati, quod molestum est, stupidi non sentire, quod ferat. Ameatis est non timere vulnera, Prudentis vero, nullo pœnarum metu ab instituto sancto deduci, & detrectando mitiores in multo fernet acerbiores immergere. Medicus, quum secundus est locus qui laborat, aut inurendus cauterio: hortatur ægrotum, ut ferat, non ut sectionis aut ustionis pœnam nullo animi horrore presentiat. Fatetur esse dolorem, sed salutis voluntate, & atrociorum dolorum vitatione pensandum. Quin Servator noster Christus, et si (quum vitari non potest) mortem potius jubar tolerari, quam ut ejus metu desiscamus ab ipso (desciscimus autem, si coram mundo fidem ejus abnegamus) tantum tamen abest, ut jubeat eam vim nos naturæ facere, ne mortem quicquam metuamus: ut etiam, ubi citra dispensium causæ datur facultas, indulget fugiendi supplicii libertatem. Si persecuti vos (inquit) fuerint in una civitate, fugite in aliam. Matth. 10.

Hac indulgentia, & cauto prudentis Magistri consilio, nullus Apostolorum fecit, nullus ferè tot postea seculis Illustrissimorum Martyrum non aliquando servavit vitam, & in tempus, quod occulta Dei providentia magis prvidit idoneum, cum sua & aliorum numerosa fruge produxit. Contra tamen interdum fortis Athletæ fecerunt, ut ultro se Christianos proderent, quum nemo quereret, ultro se offerrent ad mortem, quum nemo posceret. Sic Deo placuit in gloriam suam fidei suæ divitias nunc occultando, callidos insidiatores fallere, nunc ostentando, crudeles persecutores incendere, dum sua se spe frustratos cernerent, & offerentes se in mortem Martyres indignarentur, nulla se fævitia posse superare. At istud fortitudinis tam arduum, & acclive fastigium misericors Deus nos non jubet scandere, eoque nec tutum temere puto, cuivis eò prorumpere, unde se referre pedetentim non potest, sed si penetrare non sufficit in cacumen, in periculo sit, ne præcepis totetut in barathrum. Quos in id vocat Deus, intendant prospere, procedant, & regnabunt. Ille tempora, momenta, causas omnium

Omnia terum habet abstrusas, & quando convenit, ex arcane sapientiae suae cuncta de- promitt armario, quæ penetrat omnia fortiter, & disponit omnia suaviter. Quisquis igitur in eam conditionem deducatur est, ut aut sustinendum ei supplicium sit, aut denegandus DEUS: hic se non dubiter in has angustias DEO volente deductum. Habet ergo magnam bene sperandi materiam. Nam aut inde rursus eum eximet, aut aderit pugnanti, & faciet vincere, ut viatorum coronet. Fidelis est enim DEUS

1. Cor. 16. (Inquit Apostolus) qui non patietur vostentari, supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Ergo ubi sic ad manus ventum est, ut cum principe hujus mundi, Diabolo, & ditis ejus satellitibus dominus cerrandum sit, nec ait q; causa dedecore detractioni locus relictus est: tum abjiciendum ego merum censeam, hominemque jubeam in spe & fiducia totum conquiescere. Nam qui diffidit (Inquit Scriptura)

Prov. 24. in die tribulationis fortitudo ejus minorabitur. Cæterum ante congressum non est improbadus timor, modo timori non desinat reluctari ratio, ea pugna non crimen est aut culpa, sed ingens merendi materia. Nam, tu sanctissimos illos Martires, quia sanguinem profide fuderunt, nunquamne mortem putas & supplicia timuisse? Non immorabor huic parti recensendo Catalogum, unus mihi Paulus instar millium fuerit. Imo si David pro decem millibus erat adversus Philisteos, & Paulus haud dubie pro decem millibus haberi potest in pugna pro fide contra persecutores infidos. Hic igitur fortissimus athletarum Paulus, quem eo usque spes & amor Christi provexerant, ut de cœlesti præmio non dubitarit, qui

2. Tim. 4. dixit: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiae, cuius desiderio sic flagravit, ut diceret: Mihī vivere Christus est, & mori lucrum. Et: Cupio dissolvī, & esse cum Christo. Hic tamen idem Paulus & arte pro-

Aet. 21. 22. curavit, ut per Tribunum eripetur ab insidiis Judæorum, & de carcere se, Romanum civem se profitendo, liberavit, & Judæorum crudelitati iterum semet, Cæsarem appellando, subduxit, & Regis Aretæ manus saerilegas in sporta per murum dimissus effugit. Quod si quis eum contendat fidei sua opera seminam- dam postea frugem spectasse, & nullo inter ista mortis metu fuisse perterritum: ego certe ut alterum libens fateor, ita alterum non ausim dicere. Nam fortissimum illud Apostoli peccus admisisse timorem manifestat ipse, quoniam ita

3. Cor. 7. scribit Corinthiis: Nam & quoniam venissemus Macedoniam, nullam requiem habuit eato nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, fo- ris pugnæ, intus timores. Et alibi scribit eis-

1. Cor. 2. dem: Ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos. Et adhuc rursus: Non enim

3. Cor. 1. volumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam

vivere. An non audis hic ex ipsius ore Pauli timorem suum, tremorem & supra mortem importabile tedium, sic ut istius agonis in Christo velut effigiem quandam referre ac representante videatur. I nunc, & nega sanctos Christi Martyres ad terrorem mortis expavisse. Sed idem tamen ipse Paulus nulla terroris mole potuit ab instituto promovendæ fidei detineri, nec ullo Discipulorum consilio permotus est, quo minus Hierosolymam (quo se sensit divino Act. 20. vocari spiritu) pergeret, quoniam eum illic & vincula & certa manere pericula, Agabus Propheta Aet. 11. prædiceret. Metus igitur mortis & tormentorum culpæ nihil habet, sed pœna: quam Christus ut ferret, venit, non ut fugeret. Nec ignavia statim censendum est, timere atq; horre tormenta, sed nec ubi fas est prudenter vitare pericula: sed meru cruciatus ac mortis fugere, quoniam res poscat congregari, aut abjecta spe victoria semet hosti tradere, id demum ex militari disciplina capitale flagitium est. Alioqui verò quantumvis peccus misitis agitet & concutiat timor, si nihilominus, quoniam jubet Dux, prodit, procedit, pugnat & prosternit hostem: non est quod metuat, ne metus ille prævius quicquam ei minuat de præmio, imo adeo plus etiam laudis obtainere debet: qui simul & hostem & suum superavit metum, qui saepè difficultius, quam hosti ipse vincitur. Etenim Servator noster Christus, quam non abstinuit eum tristitia, timor, & tedium, quoniam minus pareret imperio Patris, & omnia perferreret fortiter, quæ salubriter & sapienter timuerat: paulo post res indicavit. Interim verò non una causa fuit, cur timere, tristari, tedium pati, & mœstus esse voluerit. Voluerit, inquam, non coactus sit, quis Esa. 53: enim DEUM potuisset cogere? Quin ipsius Joan. 10: potius admirabili dispensatione contigit, quod ejus Deitas tantisper in humanitatem sic temperavit influxum: ut hos humanæ fragilitatis affectus admittere tam acriter, & subire posset. Sed istud (ut cœpi dicere) Christi miranda bonitas multis de causis voluit. Primum ut hoc faceret, proptet quod venit in mundum. Venit enim, ut testimonium perhiberet veritati. Etenim quoniam & vere homo esset, & vere DE. Joan. 10: US, fuere tamen, qui humanæ in eo naturæ veritatem spectantes, tamem, sicut, somnum, lassitudinem, atque id genus alia, DEUM vere non esse falso sibi persuaserant, non ex illis tunc Judæis & Gentibus, qui eum aversabantur: sed ex hisipsis longe postea, qui nomes ejus & fidem professi sunt, nempe Attriūs, & ejus sectam sequentes hæretici, qui consubstantialem Patri Christum negantes ad annos multos magnas in Ecclesiam turbas invexerant. Sed adversus hujusmodi pestes ancidorum fortissimam, immensam miraculorum molem op- posuit:

Cæterum ex altera parte rursus exortum est, velut ereptis est Scylla, par à Charybdi periculum. Non enim deerant, qui usque adeo insignorum & virtutum ejus gloriam intenderūt oculos; ut immenso illo splendore præstricti, atque

aque hallucinati vere illum hominem esse per-
petram pernegrarent. Sed & hi quoque ab Au-
tore sectam facientes Ecclesie Catholice san-
ctam unitatem non cessabant factiose & fla-
gitiouse discindere. Quorum insana persuasio,
nec minus perniciosa quam falla, totum (quo-
ad in ipsis ist) enervare, atque everttere molitur
redemptionis humanae Mysterium: ut quæ
mortem & passionem Servatoris (unde velut à
fonte, salutis nostræ flumen emanavit) absin-
dere proorsus & exsiccare conetur. Ut huic
igitur morbo tam mortifero mederetur, voluit
optimus & pientissimus Medicus verum ho-
minem sese inconstititia, pavore, tædio, & timore
cruciatuum, verissimis humanæ infirmitatis in-
dicis ostendere.

Ad hæc, quoniam in mundum venit, ut suo
dolore nobis promereretur gaudium, sicuti
gaudium illud nostrum, & in anima simul &
corpo fuit consumandum: ita non in corpo-
re tantum supplicii cruciatum, sed in animo tri-
stitia, timoris & tædii sensum acerbissimum
voluit experiri, simul ut nos tanto sibi magis
devinciret, quanto pro nobis amplius patere-
tur, simul ut nos admonereret, quam non esset
fas, aut ipsius causa nos recusare dolorem, qui
tam numerosum & tam immensum ulro tulit
pro nobis, aut peccatis nostris debitam iniquo
animo pœnam tolerare, quem ipsum sanctum
Servatorem nostrum, tum corpore, tum animo
videamus tam multa, tam amara tormentorum
genera nullo suo delicto commerita, sed ob no-

Esa. 53. Istra tantum abolenda scelerata, sua nimis
2. Cor. 5. sponte pertulisse. Postremo quando nihil atter-
nam ejus præscientiam latuit, varias in Eccle-
sia, corpore suo mystico, varias (inquam)

1. Cor. 12. membrorum suorum fore conditions prævi-
Eph. 4. dit. Et quamquam ad tolerandum Martyrium

Joan. 14. natura nihil potest absque gratia, quem (ut in-
1. Cor. 12. ququit Apostolus) nemo dicere possit Dominus

JESUS nisi in Spiritu sancto, ita tamen homi-
nibus gratiam impertitur Deus, ut naturæ fun-
ctiones interim, & officia non auferat, sed vel
subservire sinit ingredienti gratiæ, quo bonum
opus majore cum facilitate proveniat, vel si sic
affecta sit, ut oblectetur, vixta tamen & subju-
gata per gratiam, ex difficultate faciendi facti
commendet meritum. Quum ergo prævideret
multos futuros tales, qui teneriore corpusculo
vehementius forent ad omne tormenti peri-
culum exhorrituri: ne hi meticulosam mentem
suam cum fortissimorum Martyrum conferen-
tes audacia conciderent animo, & timentes ne
vi vincerentur, sua se sponte dederent, sui do-
loris, suæ tristitia, sui tædii & incomparandi
pavoris exemplo Christus animos eorum vo-
luit sublevare, & ei qui futurus esset ejusmodi,
tanquam facti sui vivacissima voce dicere:

Ecc. 7. Confortate pusillanimis & noli desperare. Ti-
Esa. 35. mes, tristaris, tædio & pavore concuteris cru-
Joh. 16. delitate intentati supplicii: Confide, ego vici
mundum, qui plus supra modum timui, plus
tristatus sum, plus affectus tædio, plus ad con-

EXPOSITIO.

tuitum appetitus t. m diræ passionis inhori-
rui. Habeat fortis, quos imitari se gaudeat ma-
gnanimos Martyres mille. Tu timidula & im-
becillis oviscula uno me contenta Pastore, me
ducem sequere, de te diffidens, in me spera. Eni-
ego te in via ista tam formidolosa præcedo.
Meæ vestis simbolum apprehende, inde virtu-
tem exire senties, quæ hunc animi tu in metus Marc. 5.
vanos effluentem sanguinem sistet salubriter, &
animum reddet alactriorem, quippe quum re-
cordaberis, quod meis inhæres vestigiis, qui 1. Cor. 10.
fidelis sum, & te tentari non patiar, ultra quam
potes ferre, sed faciam etiam cum tentatione
proventum, ut possis sustinere, simul quod leve 2. Cor. 4.
hoc & momentaneum tribulationis imensum
in te gloria pondus operabitur. Neque enim Rom. 9.
condignæ sunt passiones hujus temporis ad
futuram gloriam quæ revelabitur in te. Talia
tecum cogitans confortare, ac formidinis i-
stius, tristitia, pavoris & tædii inania tene-
brarum spe etæ crucis meæ signo dispelle, pro-
gredere prospere & adversa cuncta pervade, Joan. 16.
confidens fideliter, quod me propugnatore Rom. 9.
vinces, & viæ & oræ lauro, me remuneratore, co- 1. Cor. 15.
ronaberis.

Inter alias igitur causas, cur hos affectus in-
firmitatis humanae Servator noster induere di-
gnatus est, hæc erat una & non indigna, quam
dixi: quod videlicet infirmis infirmus factus,
infirmos alios sua infirmitate curarer, quorum
tam internati curam habuit, ut totum istud
agoniæ ejus negotium non aliud quidquam e-
videntius præ se ferre videatur, quam rapiendo
in martyrium militi meticulo traditam pu-
gnandi methodum, ac sese in conflictu gerendi
disciplinam. Nam ut doceret eum, cui metus
ingruit impendentis periculi, & vigiles alio-
rum preces petere, & tamen seorsim soli se Deo
credere, simulque ut se significaret acerbum
crucis torcular solum sine comite calcaturum:
illos ipsos tres Apostolos, quos secum ab reli- Esa. 63.
quis octo ad montis pene pedem produxerat,
subsistere jubens ibidem, sustinere, ac vigi-
lare secum, ipse quantum lapidis jactus est, se-
met avulsit ab eis.

Et progressus pusillum procidit in faciem suam Matth. 16,
super terram, & orabat: Ut, si fieri posset, transiret
ab eo hora. Et dixit: Abba Pater, omnia possibilia
sunt tibi. Transfer hunc calicem à me: sed non quod
ego volo, sed quod tu. Mi Pater, si possibile est, tran-
seat à me calix iste, veruntamen non sicut ego volo,
sed sicut tu.

Primum omnium ab humilitate, quæ virtu-
tum omnium quasi quedam basis est, unde tu-
to ad altiora concenditur, militem suum suo
docet exemplo Christus Imperator incipere:
qui quum æqualis, & idem Deo Patri Deus sit, Phil. 2.
quia tamen pariter & homo est, coram Patre
Deo hominem se suppliciter pronum proster-
nit in terram. Hoc in loco Lector paululum
sistamus gradum, & Imperatorem nostrum ja-
centem in terra supplicem pia mente contem-
plemus.

Johan. i. plémur. Nam si id sedulo fecerimus, ab illa luce, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, animos nostros radius illustrabit, ut videamus, agnoscamus, doleamus & corrigamus aliquando nostram hanc, non dico, negligentiam, pigritiam, torporem: sed socordiam, velaniam, & stipite quovis stupidiorem stuporem, quo Deum omnipotentem adeuntes non tam precamur plerique reverenter, quam segniter & somnolenti compellamus, eoque valde vereor, ne non tam placemus & reddamus propitium, quam irriteremus, & acriter instigemus ad iram.

Utinam id nobis aliquando studium esset, ut protinus à pœnitentia precibus, totam ejus temporis seriem, quod precando translegimus, memoria repetamus. Quas ibi stulticias videbimus, quas ineptias, quot interdum fœda conspicabimur? Mirabimur profecto fieri potuisse nonnunquam, ut animus nobis in tantillo tempore per tot tam procul inter se dissita loca, pertot diversa, tam varia, tam multiplicia, tam otiosa negotia se diffuderit. Nam si quis operam in id daret de industria, uti tanquam experiundi gratia mentem in quam maxime posset multa & diversa distraheret: vix posset opinor, tam brevi tempore, tam procul inter se distantia, & tam numerosa percurtere, quam, dum os horatias, & usu tritis preces perimur, negligenter, sibi relictus animus per vagatur. Itaque si quis miretur, ac dubitet, quidnam interim agitavimus, dum dormientibus nobis ingerunt sese somnia: non aliam similitudinem reperio, quæ proprius accedat ad tem, quam si sic occupari mentem cogitemus in somno, quo modo vigilantibus occupatur (simodo sic orare, vigilare est) dum inter orandum per tot absurdâphantasmata, velut atvens, atque insana, circumvolat, hoc solo somnijsu dissimilis, quod vigilum istorum somniorum monstra sunt quædam tam fœda & tam abominanda portenta, quæ dum lingua precando procurrans dat sine mente sonum, mens interim peregite profecta complectitur, ut si ea quis vidisset in somno, non sustineret haud dubie vel apud pueros, quantumvis impudens, tam insania surgens somnia recensere. Et procul dubio vetus illud verbum per quam verum est, Mensis imaginari vultum esse. Nam animi certè tam intanus habitus, & tam furiosa conditio per oculos, per genas, palpebras & supercilia, per manus, pedes, & totam denique totius corporis faciem pellucet. Siquidem qua mentis negligentia prodimus ad precandum, eadem quoque corporis incuria & supinitate progredimur. Nam et si Dei cultum præteximus, quod diebus festis solito cultiores sumus: negligimus ille tamen, quo plerique inter precandum utimur, non satis cælatum illum ac dissimulatum mundani fastus affectum satis indicat, ita negligemus nunc obambulamus, nunc residemus in tella. Quod si in genu demittimur, aut in alterum nitimur, altero in pedem sublatu, aut pulvinum genibus substernitur, in-

terdum vero (si delicatores sumus) pulvino fulcimus, & cubitos, & , velut ruinam minantem domum tubicine sustinemus. Deinde quid non facimus, quo pervagantem foris animum prodamus? Scabimus caput, cultello purgamus unguis, digito purgamus nasum, interitum aliud pro alio dicimus. Nam quid diximus, aut quid non diximus, obliti divinamus temere, quid dicendum superest. Ecquid non pudet nos cum hoc tam demente mentis & corporis habitu, in tanto nostro discrimine sic supplicare Deo, sic tot immanum criminum precari veniam, sic æterna supplicia deprecari: ut si nihil peccassemus prius, tamen tam contemptum adiisse Majestatem Dei, decies æterna tormenta meremur.

Finge, age, te contra mortaliū istorum Principum quæpiam, in cuius manu vita tua sit, læzæ majestatis crimen admisissæ: sed illuminatum tam misericordem esse, ut pœnitenti, & ejus indignationem deprecanti, paratus sit capitale supplicium in peccati multam vertere, aut ex efficiacibus magni pudoris, & doloris indicis proflus in totum remittere. Productus igitur in conspectum Principis, age jam, negligemus illum, lecurus & supinus alloquere, & dum ille consistit atque auscultat, tu tuam Orationem percenseus hac atque illac interim obambula. Dein ubi satis inambulatum est, colloca te in cathedram, aut si civilitatis causa videbitur in genua demittendum, accessi quæpiam jube prius, qui genibus substernat pulvinum, quin & scamnum adferat cum pulvinio quoque, in quod incubant cubiti, tum oscita, pandiculare, sternuta, despue neglectum, & crapulæ tuæ funios eructa. Ita te denique vultu, voce, gestu, & toto corporis habitu gerete, ut te plane videat, dum se affaris, alias res animo agere. Dic ergo jam, quam prosperum futurum speras talis Orationis exitum? Intani certè nobis videturum ipsiis, si capitalem causam ad hunc tractaremus modum apud mortalem principem. Et tamen is, quem occidisset corpus, quod ulterius agere posset, non haberet, & tani sumus scilicet, quem in criminum longe graviorum cumulo deprehensi tam contemptum deprecamur supplicium apud Regem regum omnium Deum, qui quem occiderit corpus, potestatem habet animam simul & corpus mittere in gehennam. Neque tamen hæc dicta veliro, quod vel ambularem, vel sedentem, ut nec cubantem quidem quenquam orate vettero. Utinam assidue, dum quidvis corpore facimus, animum interim (quod acceptissimum precandi genus est) elevaremus ad Deum. Neque enim quacunque nos ambulando vertimus, modo mens feratur in Deum, ab eo, qui nusquam non est, nos avertimus. Verum ut Propheta, qui dicit Deo: Hier. 23. Memor fui tui super stratum meum, non eo tamen sic satisfecit sibi, quin & media nocte Psal. 62. surgeret ad confitendum Domino: ita præter istas ita dictas ambulando preces, aliquas interdum sic orari postulem, ut tali meditatione [U] præ-

præparetur animus, tanta cum reverentia corpus componatur, ut nec universos orbis terræ simul considentes Reges tam reverenter simus adiuturi. Verum enim vero mentis ista vagatio, quoties eam cogito, animum mordet misere. Neque tamen affirmem cogitationem quanlibet etiam si turpem & perquam horribilem, quam precantibus nobis vel malus objicit Genius, vel quæ sensuum nostrorum phantasmatæ fabricata surrepit, protinus esse mortiferam, si modo renitimus & repellimus: cæterum alioqui vel admissa libenter, vel diu permitta negligenter crescere, non dubitem profecto, quin pondus ejus possit ad animæ perniciem; & mortem ingravescere. Imo quum divinæ majestatis immensam gloriam cogito, protinus profecto subigor atque impellor credere, etiam breves istas abductiones animi, quod non sunt capitalia crimina, id adeo magis ex Dei misericordie benignitate procedere, per quam dignatur ad mortem non imputare: quam quod suæ ipsarum naturæ malitia mortem non mereantur, quum plane comminisci nequeam, unde possit cogitationibus ejusmodi, precantibus hominibus, hoc est, cum Deo loquentibus, aditus in mentem dari, nisi procul ex imbecillitate fidei. Alioquinum longe faciliat animi quævis inepta distractio, dum in causa feria mortalem affamur Principem, imo vel ejus ministerum quædam, qui quidem apud herum suum in aliquo loco sit: fieri profecto non possit, ut dum precamur Deum, animus abduci vel tantillum queat, si forti & efficace fide crederemus præsentem, & non verba nostra duntaxat auscultantein, vulnusque & corporis habitum foris contemplantem, ut inde mentis internæ signa & argumenta colligat: sed in ipsis penitus cordis atcani sinus oculis plusquam lenienter penetrantem, imensa majestatis luce cuncta collustrantem Deum, Deum, inquam, Deum: in cuius gloriæ prætentia omnes orbis terræ Principes in omni gloria sua teredines esse fesse (si non insaniunt) & humi repentes vermiculos cõfissentur. Christus ergo Servator noster, quam videret nihil Oratione conducibilius, rursumque cerneret hominum negligentia, & malitia dæmonum rem tam salutarem tanq; passim fructu perdere, plerumq; vero & in perniciem verti, voluit obiter, dum transiret ad mortem, suis verbis & exemplo suo rei tam necessariæ, velut reliquæ doctrinæ suæ colophonem tradere. Itaque quo sciremus, non anima tantum, sed etiam corpore utriusque Creatori Deo servendum, simul ut diceremur corpus ad reverentiam compositum, quanquam ab anima formam illam, habitumque suscipit, in animam ramen rursus reverentis erga Deum pietatis augmentum refundere, humillimæ subjectionis formam edidit, eo enim corporis gestu Patrem cœlestem suum veneratus est, quem nemo terrorum Principum præter ebrium vino luxus que Macedonem, & alios quosdam fortunæ flatu tumescentes Barbaros, qui se pro Dñis haberi voluerunt, aut exigere est ausus, aut obla-

tum sponte, suscipere. Nam neque quum eraret, reredit, neque le exiret in pedes, neque tantum demisit in genua, sed totum in terram abiiciens pronum prostravit in faciem. Tum in eam miserabilem formam compositus imploravit Patris misericordiam, & Patris nomen in-

Matt. 26.

geminans rogavit, ut quandoquidem illi omnia possibilia sunt, si fieri posset, hoc est, si non immutabili decreto calicem Passionis ejus statuisset, precibus ejus, oratus auferret. Cæterum ne precantis tamen voluntati obsecundaret, si optimæ prorsus ipsius voluntati melius videtur aliud.

Non est quod filium ex hoc loco putes paternæ voluntatis ignarum, sed quoniam volebat homines instruere, humanos affectus patriter volebat exprimere. Quod Patris vocabulum bis commemoravit, nos admonere voluit omnem ab eo paternitatem procedere & in cœlo & in terra. Quin & hoc quoque nos voluit commonefacere Deum Patrem bis ipsi Patrem esse: quippe creatione, quæ paternitas quædam est. Nam verius à Deo sumus qui nos creavit è nihilo, quam ab illo qui nos genuit hominem: nempe Deo prius ipsum creante genitorem, & omnem illam ex qua geniti sumus creante, prius & substantiente, materiam. Sed sic agnovit Patrem Deum Christus, ut homo. Cæterum ut Deus, naturalem illum sibi novit & coæternum Patrem. At nec istud absimile veri est, ideo bis appellasse Patrem, ut non solum eum sibi naturalem Patrem fateretur in cœlo, sed etiam nullum habuisse Patrem alium significaret in terra, quandoquidem ex virginie matre secundum carnem conceptus est absq; virili semine, super. Matt. 1. veniente in matrem S. Spiritu, Spiritu, inquam, Luc. 2. & Patris & suo, quorum opera eadem & simul Rom. 2. sunt, nulla penitus consideratione distincta. Johan. 5. Quid quod ex efficaci paterni nominis ingeminatione, quæ magnum declarat obtinendi voti desiderium, salubertime docemur & illud, ne quum quidpiam precamur, quod non impetravimus, animo concidamus, ut Rex Saul fortilegus: qui quod statim non accepit, oraculum à Deo divertit ad Pythonisiam: & lege veritatem, 1. Reg. 28. & ab ipso pridein cohabitam artem exercuit. Nos docet Christus, ut perseveremus petere, neque tamen, si nunquam assequamur, quidquam mutuaremus: quippe quum videamus Filium Dei exercitatem nostrum non impetrasse deputationem mortis, quam tanta cum instantia Patrem precatus est, nisi quod perpetuo (quam rem vel maximè nos imitari debemus) voluntatem suam Patris voluntati subjecit.

Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes. Matt. 26.
EN amor amori quid præstat. En amor ille, quo Christus amabat suos, quanto intervallo amorem præcellit illum, quo redamabatur à suis, etiam ab his, qui diligebant maxime. Nam illum tristitia, metus, pavor & tedium, quibus, ingruente supplicio crudelissimo, tam anxie afflictus est, abstineret tamen eum non potuerunt, quo minus illos inviserer. At illi, quantumcunque diligebant eum (diligebant

pro-

proculdubio vehementer) tamen in tam immenso, tam vicino, tam amanti^s Magistri periculo, somnum potuerunt admittere.

Et dixit Petro sic: Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare mecum?

Hic sermo Christi tam brevis, quam tam habet energiam? tam mitibus verbis, quam acuto pungit aculeo? Nam dum Simonem nomine compellat illo, & illo nomine somnolentiam exprobavit: tacite sublignificat, non jam Petri vocabulo (quod ob firmitatem Christusei pridem indidet) hanc infirmitatem ejus, & soporem satis omnino congruere. Quin ut aculeum habet suppressio nominis Petri, immo Cepha: sic aculeum habet alterum ipsa Simonis expressio. Hebraica enim lingua (nam ea Christus ei loquebatur) Simon significat audiens, significat & obediens. Atqui dum, Christo contra monente, dormiebat, jam nec audiens, nec obediens erat. At nec hos tamen solos, sed & alios aculeos quosdam Servator noster in Petrum mansuetis istis verbis tacite mihi videtur infigere: nimitem tanquam eum severius increparet sic: Simon, non jam Cephas dormis? Quomodo enim Cephas, hoc est, saxum, meheris appellari? quo ego te nomine ob firmitatem olim insignivi, quam tam infirmum te probes nunc, ut nec unam horam adversus impetum somnum possis sustinere? Quanquam vetusto quidem nomini tuo, Simoni, perquam egregie jam respondes scilicet, quippe qui sic dormitans, quomodo voceris audiens? aut quum ego te vigilare monuerim, quid pasto voceris obediens, qui me vix digresso signis & somnolentus indormias? Ego te semper Simon feci plurimi, & tu Simon dormis? Ego te tot modis honestavi, & tu Simon dormis? Tu te modo jactasti, vel moriturum mecum, & nunc Simon dormis? Ego nunquam a Judaeis ac gentibus, & utrisque deteriore Juda queror ad mortem, & tu Simon dormis? Quin & vos omnes tanquam triticum satagit cribrare Satanas, & tu Simon dormis? Quid a ceteris expectare debeo, quum in tantis & tam urgentibus non modo meis, sed & vestris ipsorum periculis etiam tu Simon dormias? Post hec ne res videatur solum Petrum tangere, sermonei vertit ad reliquos.

Johan. 1.

Luc. 22.

Matt. 26.

Matt. 27.

lia usuvenerunt Apostolis lignis nimis vitiis, ut dum per somnum Orationem intermitterent, intrarent in tentationem: quid in aridis fiet nobis, si ingravente periculo (quod quando, quælo, non ingruit, quum adverterius noster diabolus velut Leo rugiens assidue I. Petr. 5. circumeat, undequaque querens, quem carnis infirmitate cadentem protinus invadat ac devoret) in tanto, inquam, periculo quid fiet nobis, nisi Christi consilium secuti, in vigilia & Oratione persistemus?

Vigilare monet Christus, sed non ad charcas, & aleam, non ad crapulam, comedationes, vinum & Venerem, sed ad orandum. Orate Luc. 18. monet non interdum, sed incessanter. Orate, inquit, sine intermissione. Orate monet non duntaxat interdiu (quis enim vigilare jubet in die?) sed Orationis instantia suadet ejus etiam temporis bonam partem addere: quod plerique totum somno solemus impendere, quo magis nos pudore miseris decet, & inanem culpam agnosceremus, qui vix interdiu precem brevem, & eam tamen oscitantem & somnolenti peragimus. Monet nos denique Servator noster orare, non ut abundemus opulentia, non ut deliciis affluamus, non ut inimicis nostris malum veniat, non ut nos honoremur in hoc seculo: sed ne intremus in temptationem. Voluit nos nimis intelligere mundana illa omnia aut noxia proflus, aut si cum hoc uno conferantur, inanissimas nugas esse, eoque istud unum velut cæterorum quodammodo collectam sumam in ea prece, quam pridem Discipulos docuit prudens collocavit in fine. Et ne nos inducas in temptationem: sed libera nos Matth. 6. à malo.

Iterum secundo abiit & oravit eundem sermonem, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & invenit eos dormientes, erant enim oculi eorum gravatae, & ignorabant, quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abiit & oravit eundem sermonem, & postea genibus orabat, dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.

Potquam ergo Discipulos sic admonivit, iterum ad Orationem rediit, idemque, quod ante, rufus precatus est, sed ita tamen, ut totam rem denuo Patris voluntati committeret. Sic enim docet nos & instantes simul & non precisione petere, sed exitum rei totum Deo cedere: qui nec minus bene nobis vult, quam ipsi nos, Matth. 6. & quid magis conduceat, nullies videt melius. & 8. Pater mi, inquit, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua.

Pronomen illud (Mi) duplice habet effectum. Nam & magnum exprimit affectum, & singulari modo Patrem Christo, Patrem declarat Deum, quippe quoniam non creatione tantum, sicut est universis, nec adoptione, quoniam modo Pater est Christianis, sed natura sit Dei filii Pater Deus. Ceteros igitur omnes erudiens, ut ita precaremur: Pater noster qui es in Matth. 6. celis: Quibus verbis Deum agnosceremus

Luc. 10.

omnibus nobis ut fratribus Patrem esse communem, ipse merito, qui propter Deitatem solus potest, sic affatur Patrem. Pater mihi. At si quis tam superbus est, ut non contentus esse, sicut ceteri hominum, solus sibi videatur gubernari secreto spiritali Dei, nec eadem esse forte cum certetis: hic mihi certe videatur Christi sibi verbum arrogare, & Pater mihi precari, non Pater noster, quem Dei communem spiritum privatim afferit sibi. Lucifer non multum dispar, qui sic Dei verbum sibi arrogat, sicut Lucifer locum.

Jam quod ait: Si non potest calix iste transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua, satis evidenter ostendit, quid Christus appellat possibile, quid impossibile: nempe nihil aliud, quam certum, & immutabile de sua morte spontaneum decretum Patris. Alioqui enim si lensisset, vel ex decursu syderum caelestium, vel abstrusore quopiam omnium rerum ordine, fatique imminere sibi ineluctabilem moriendi necessitatem, ac tali ratione dixisset: Si non potest calix iste transire, nisi bibam illum, frustra penitus adiecisset illud: Fiat voluntas tua. Quomodo enim Patris arbitrio relinquere eam rem, cuius exitum vel aliunde pendere, quam a Patre crederet, vel Patrem necessario, hoc est, velit, nolit, yelle?

SED interea tamen dum recensemus talia, quibus mortem sibi Christus deprecatur a Patre, & omnia supplex Patris voluntati submittit: assidue nobis contra cogitandum est, quum & Deus esset homo, haec illum omnia, quatenus homo erat, & non ut Deum dicere. Nam & nos, quoniam ex anima constamus & corpore, ut quædam de nobis loquimur, quæ soli competant animæ: ita quædam contra loquimur, quæ soli conipetant corpori. Nam & martyres in cælum dicimus protinus a morte concidere, quin eò tantum ferantur animæ: & homines vicissim dicimus, quantumvis hic superbiant, terram tamen & cineres esse, tum vita brevi defunctos in vili sepulchro putreficere. Sic enim loquimur assidue, quum nec sepulchrum ingrediatur anima, nec mortem obeat: sed quæ male vixit in corpore, post corpus misere vivit in pœna, quæ vero bene, perpetuo vivit in bono.

Ad hunc igitur modum, quia non minus erat humanitati conjuncta atque unita divinitas in omnipotente persona Christi, quam immortalis ejus anima corpori: quod mori potuit, tam ea quæ fecit ut Deus, quam ea quæ fecit ut homo, non tanquam bipartitus in duos, sed merito, sicut unus erat, ita sicut unus enuntiat, sic & ob Deitatem suam non dubitavit dicere: Ego & Pater unus sumus. Et, Antequam Abraham fieret, ego sum. Et propter utramque naturam: Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Et vice versa propter humanitatem solidam dixit: Pater maior me est. Et, Modicum tempus vobiscum sum. Etenim tameius gloriosum corpus ejus veraciter nobiscum

praesens est, erique semper usq; ad fibem secunda sub specie panis in venerabili Sacramento Eucharistia: corporalis tamen ejus forma, in qua cum Discipulis diu versatus est. (de quipræsentia modo sensu nimirum, quum diceat: Modicum tempus vobiscum sum) Christo concordante subtracta est. Omnia igitur ista quæ Christus hoc loco agonizæ sua vel fecit, vel passus, vel precatus est, quæ tam humilia sunt, ut nequitiam decere videantur excellam illam sublimitatem Dei: ab illo éodem Christo facta recordemur, ut homine, quin & quædam, ut ab inferiore humanitatis sua parte, nempe sensibili duntaxat proficiunt, quæ declararent humanæ in eo naturæ veritatem, & naturalem in aliis post hominibus horrorem solarentur.

Istorum igitur verborum, ceteratumque rerum omnium, quæ tam afflictæ humanitatis indicia series ejus agonis demonstravit, adeo nihil suæ gloriae Christus puravit inglebitum: ut ea nimirum ipsem diligenter evulganda curarit. Et enim quanquam quæ scripta sunt ab Apostolis omnibus, ab uno pariter ipsius Spiritu universa dictata sunt: non facile tamen aliud ejus factum recordor ullum, quod tam peculiari modo curasit commendare memoriam. Nam quod vehementer tristis erat, id quidem narravit Apostolis, quod illi posteris ab ipso possent tradere: ceterum quibus verbis Patrem precatus est, quum & ad lapidis jactum absent proximi, etiam si vigilassent, & quum dormirent, si præsentes iaceissent, non possebant audire: quanto minus Luc. 22, id noctis cernere, quando se demisit in genua, quando prostravit in faciem? Sanguineas vero gurgas illas quas totò sudavit corpore, etiam si restantes & conspicuas postea spectasset in terra, quidlibet, opinor, cogitasset potius, quam id divinascent, quod erat, quod ante nulquam contigerat, quenquam sudasse sanguinem. Sed neque cum matre postea, neque cum Apostolis ante mortem collocutus est, ut ea tum narrasse videatur: nisi quis id putet verisimile quum ab oratione digressus rediret ad Apostolos, adhuc aut dormitantibus aut vix excitatis & semilominibus, aut denique quum satellites essent ad manum, tum videlicet illis recensuisse totam agonis historiam. Restat igitur quod videtur verissimum, ut postquam resurrexit a mortuis, matri plentissimæ, dilectissime Discipulis, quum Deum esse eum jam dubitare non possent hanc humanitatis sic afflictæ setiem, cuius cognitio primum ipsis, post per eos alii prodecesser, quam alius nemo narrare potuit, ipsem ore suo sanctissimo recensuerit. Magnam igitur adfert & meritò hujus agonizæ meditatio, his qui tribulato sunt corde, consolationem: quum ad eum ipsum finem, ut solaretur afflictos, Servator noster afflictionem suam, nemini alioqui cognitam, neque possibilem cognitu, pro tua bonitate vulgaverit.

Joh. 10,8.
Matt. ult.

pter utramque naturam: Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Et vice versa propter humanitatem solidam dixit: Pater maior me est. Etenim tameius gloriosum corpus ejus veraciter nobiscum

Sunt fortasse quidam, quos & illud moveret, quod ab ea oratione Christus rursus revisens Apostolos, quem dormientes eos reperiret, & se superveniente tam attonitos, ut quid dicere possent, ignorarent, sic eos reliquerit, ut videri possit, tantum ideo venisse, ut exploraret, an vigilent: quum id (ut erat Deus) nescire non potuerit, antequam venisset. Sed isti, si qui sint, sic respondere habeant. Ille quod fecit, non incassum fecit. Nam et si in praesens adventus ejus non sic excitavit eos, ut vigilarent, sed aut non prorsus experti, semilomnes, & attoniti, vix oculos in eum levarent, aut, quod deterius est (si ab illo increpiti sunt, & vigiles redditis sibi) nihilominus, eo digesto, protinus relaberentur in somnum: iple tamen & suam circa Discipulos sollicitudinem declaravit, & suo sanxit exemplo, ut Ecclesia lux Pastores in posterum nulla tristitia, nullo tædio, nullo terrore permitterent suam circa gregem curam & diligentiam quoquo modo quicquam claudicare, sed ita se plane gerent, ut ipsa te probarent, non tam esse de scipis sese, quam de gregis sui salute solicitos.

AT dixerit fortasse quispiam divini consilii curiosulus explorator: aut voluit Christus Apostolos vigilare, aut non voluit. Si non voluit, cur tam accurate mandavit? Si voluit, quid ire, ac redire toties oportuit? Non potuit quum esset Deus, & semel dicere, & simul facere, ut fieret? Potuit haud dubie, bone vir, quum Deus esset, qui quicquid voluit, fecit, qui verbo creavit universa. Etenim dixit, & facta sunt: mandavit & creata sunt,

Psal. 32.
Psal. 134.
Johan. 9.

2. Tim. 2. cito vult & omnes homines salvos fieri, neminem eterno cruciati tormento, videlicet ita demum, si nos tam pia voluntati ejus obsecundemus, ac non malitia nostra nitamus in contrarium. Quod si quis obstinate perget facere, non vult illum Deus invitum in celum, vehere, tanquam ibi nostro indigeret officio, neque regnare posset in gloria sua, nisi sufflatus nobis. Quod si non posset, multa profecto statim vindicaret, quæ nunc nostra causa tolerat, & dissimulat diu, si quando ipius benigna patientia nos adducat ad penitentiam. Ceterum nos interea tanta ejus abusi clementia, dum peccata peccatis addimus, thesaurizamus nobis (ut ait Apostolus) iram in diem iræ. Et tamen

(quæ Dei bonitas est) negligentes nos, & peccatorum pulvino indormientes agitat interdum, quatit & concutit, ac tribulationibus satagit expergefacere. Atqui quum ea re se probet, etiam iratum, tamen amantissimum: plerique tamen homines stultissimi aliquotum rem accipimus, & beneficium tantum maleficii loco ducimus: quum contra (si lani simus) ut quoties aberramus ab eo, toties nos invitatos ac reluctantes verberibus in viam redigat, multis ester precibus exorandus. Etenim primo precanendum est, viam ut videamus, & cum Ecclesia dicendum Deo: A cœitate cordis libera nos Domine. Et cum Prophetæ: Doce me facere voluntatem tuam. Et, Vias tuas demon- Psal. 119. stra mihi, & semitas tuas edoce me. Deinde vehementer optandum est, ut in odore unguentorum tuorum Deus, in Spiritus tui suffitu suavissimo post tecumramus alacriter. Quod si languemus in via (quod nunquam feci non facimus) & nimium legniter vix procul à longe subsequimur, protinus dicamus Deo: Ap- Psal. 95. prehende manum meam dexteram, & deduc me & 139. in via tua. Ceterum si sic invaleat languor, ut pertasi progesdi, cœperimus pigritia mol- Joh. 6. licieque subsistere: precemur Deum, uti renitentes trahat. Postremo vero, si molles attracti renitimus, & contra voluntatem Dei, contra salutem nostram cervicoli sumus abjecta ratione, sicut equus & mulus, in quibus Psal. 31. non est intellectus: suppliciter orare debemus Deum Prophetæ verbis appositissimis: In cha- Psal. 31. mo & frano maxillas eorum constringe Deus, qui non approximant ad te. Verum enim vero quandoquidem quum subit desidia nulla virtutum parte citius quam precandi affectu deficimus, nec ea nobis imprecari libet, etiam quantumvis utilia, quæ non libenter admittimus, nobis diu ante curandum est (si quando sumus) quum nondum in ægros illos animi laborantis affectus incidimus, ut aures Dei precibus hujusmodi diligenter impleamus ro- gemusque suppliciter: ut si quando postea, vel carnis illecebra pellesti, vel mundanarum rerum concupiscentia seducti, vel callidis insidiis dæmonum labefactati, contra precemur quidpiam, ad talia vota surdescat, & quæ precamur, avertat: ista vero, quæ profutura prænovit, quantumvis deprecemur, accumulet. Siquidem ad hunc modum solemus, si sapimus, quum febrem expectamus, eos præmonere, qui nobis ministraturi sunt ægrotantibus: he vel rogantibus nobis, eorum quicquam porrigit, quæ saluti noxia morbus in augmentum sui præpostere solet appetere. Itaque quum sic vitiis indormimus, ut divina inclamati atque agitati clementia nolimus expergisci, atque in vigilate virtutibus: in causa nonnunquam sumus, ut nostris nos vitiis abiens relinquat Deus, quosdam sic, ut nonnunquam revisat iterum, alios vero dormire sinat duxit in aliud tempus, prout ejus admiranda benignitas & inscrutabilis abyssus sapientiae videt idoneum. Hujus rei typum

gerebat quendam, quod Apostolos Christus quoniam iterum invisiisset, nec illi tamen vigilare voluerunt, sed nihilominus assidue dormitarent, relictis illis abicebant. Nam relictis illis iterum abiit & oravit eundem sermonem, & depositis genibus orabat, dicens: Pater, si vis, transfer calicem hunc a me; veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.

EN iterum idem petit, iterum eandem conditionem adjicit, iterum nobis exemplum praebet, ut quoniam in magnum (etiam Dei causa) periculum venimus; non arbitremur illicitum instanter precati Deum, ut ex eo discrimine nobis procuret exitum. Quandoquidem fieri potest, ut ea de causa nos patitor in tales angustias adduci: ut quos prosperitas frigidos ad orandum fecerat, periculorum faciat effervescent, praesertim quoniam res agitur de corpore, nam ad animae periculum vix plerique repescimus. Ceterum quibus (ut esse debet) animae cura est, nisi quis ad martyrium fortiter animetur a Deo (quod vel inexcibili modo sentiendum, vel conjecturis idoneis expendendum est) alioqui timere quenquam sibi satis congruit, ne sub onere satigetur, & concidat, eoque ne Petrum imitatus nimium de se confidat, orare diligenter Deum, ut a tanto animae suae periculo divina bonitate liberetur. Ceterum illud assidue repetendum est, ne quis ita praeceps depræcetur periculum: quin Deo rem totam permittat paratus obediens, quicquid ille patitur, perpeti. Christus igitur hujusmodi de cautis sic orandi salubre nobis exemplum praebuit, sed ab ipso tamen longius absuit talis orandi necessitas, quam cœlum distat a terra. Neque enim quoniam Deus erat, mi-

Johan. 10. nor erat, quam Pater. Quia Deus erat, sicuti Philip. 2. potestas eadem, sic & voluntas eadem erat cum

Johan. 5. Patre. Verum quoniam fuit homo, potestas infinito minor: sed a Patre tradita tandem omnis

Matth. 11. ei potestas est, in cœlo simul & in terra. Voluntas vero ut non eadem illi cum Patre, quatenus homo fuit: ita Patris voluntati sic omnino conformis, ut nulla in re dissentiens repe-

ritetur. Itaque mortem illam amarissimam animae ratio voluntati Patris obediens consentit ferre, dum (ut hominem se monstraret) corporis eam sensus exhorret. Oratio ejus ad vivum utrumque simile expressit. Pa-

ter (inquit) si vis, transfer calicem istum a me: veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.

At non verbis tamen ista tam luculentet expressit, quam factis. Nam quoniam non refugerit ejus ratio tam horrendum supplicium, sed obediens Patris fuerit usque ad mortem, mortem autem crucis: series Passionis edocuit. Quoniam vehementem vero sensus pertulit imminentis passionis horrorem, Evangelii verba, quæ jam lequuntur, ostendunt.

Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum.

Quoniam vehementem fuisse censes ejus mentis angustiam, quoniam ad eum confortandum

Angelus veniret e cœlo? Sed ex hoc loco subiger, ut admirer, quæ malæ teneant illos intemperies, qui frustra facturum contendunt, quisquis aut Angelum quenquam, aut vita functionem sanctum Precatorem sibi cupiat adhibere, propterea videlicet, quod Deum ipsum precari fidenter possumus: qui & prætentior est nobis unus, quam omnes Angeli, & Sancti præterea simul universi, & plus nobis potest conferre, & multo magis etiam cupid, quam quicquid est præterea Sanctorum quicquam in cœlo. Hujusmodi rationibus, frivolis, & plane nihili, Sanctorum inadvertentes gloriae, & pariter Sanctis invisi, & nostrum in eos affectum pium, & eorum erga nos salutare subsidium student amoliri. Quid ni hic similiter argumententur improci, Angeli istius operam consolatoriæ erga Servatorem Christum inanem profus & supervacaneam esse? Quis enim Angelorum omnium aut tantum potuit, quantum potuit ipse, aut tam vicinus ei fuit, quam Deus, qui fuit ipse? Et tamen sicut tristari voluit pro nobis & anxius esse: sic & pro nobis voluit Angelum consolatorem admittere, ut & hominibus istis argumenta nugacia retunderet, & hominem sese verum declararet. Cui sicut Diaboli tentantis Triumphantori Angeli misistratant ut Deo: sic ad mortem humiliter tendenti Angelus accederet jam consolator, ut homini: & spem præterea faceret, si Deum comprecessur in periculo, consolatione non destituendos, modo ne legniter precessur, & perfunditorie, sed ex intimo corde proferten suspiria, precantem hoc locq; Christum imitemur. Nam factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis recurrentis in terram.

Affirmant plerique Doctores acerbiorum fuisse passionem Christi pro nobis, quam ulla fuerit unquam martyrum usquam omnium, qui pro fide tulete martyrium. Sunt contra qui non putent propter variæ quædam alia suppliciorum genera, & pluribus diebus repetita tormenta, quam Christo Servatori nostro, vel exhibita fuerint vel prolongata; Tuim, cuius una gutta tam pretiosa sanguinis, propter infinitam ejus Deitatem, ad redimendos omnes homines abunde superque sufficiet: ei pœnam putant a Deo destinatam tantam, non quantum aliis usquam aliquis passus est, sed quantum impetrabilis ejus sapientia visum est convenire. Cujus modum ut nemini fatis compertu, ita circa præjudicium fidei credi posse celesent infra quorundam martyrum pœnam substituisse. At mihi certè præter vulgatam opinionem Ecclesiæ, quæ Hieremiæ verba de Hierusalem decenter ad Christum applicat: O vos omnes qui transitis per viam, attende & videte, si est dolor, sicut dolor meus, vel hic locus vehementer suadet, ut credam, nullius unquam martyris supplicium cum passione Christi, ipsa pœnarum acerbitate comparabile.

Equidem si faterer (id quod idoneis de causis non necesse habeo) cuiquam ex martyribus adhibita fuisse & plura & majora tormentorum genera, addet etiam, si placet, diurniora, quam Christo: videtur tamen mihi per quam credibile sub tormentis in speciem valde minotibus atrociorum pœnam Christum pertulisse, quam eorum quisquam senserit, ea passus, quæ videri possint multo molestiora, quam eum videam ex impenitentis Passionis angustia tanta mentis amaritudine percussum, quanta nullus mortalium unquam o maius expectatione tormentorum fuit. Cujus enim unquam tam acerba fuit anxietas; ut toto ex corpore guttatum in terram sanguineus sudor efflueret?

- Inde igitur præsentis pœnae magnitudinem meior, quod adventantis ejus præsensionem supra quam ulli unquam alii fuit, fuisse Christo tam acerbam video. At nec animi valuerit unquam in id vigoris anxietas invalescere, ut corpus sudaret sanguinem: nisi ultronea ipsius voluntate omnipotens ejus divinitas non modo minuisset, sed & vires præterea roburque tantæ addidisset angustiæ, quo & futuorum martyrum fundendum in terra sanguinem figuraret, & simul eos, qui ad suppliciū meditationem trepidatutē forent, ne timorem suum quinæ præsagium interpretantes desperatione succumberent, tam novo, tam miro, tam immensæ anxietatis exemplo solaretur. Hic si quis rursus martyres illos proferat, qui ob Christi fidem alacres ulti se offerebant in mortem, eosque demum triumphali dignos lauro censeat, quod lætitia superante dolorem nulla tristitia signa, nulla timoris argumenta protulerint: in ea re profecti ad iudicium suum licebit, adscribat & meum, modo ne triumphum illis quaque deneger, qui quanquam non ulti properant, apprehensi tamen, neque renuntiuntur neque retrocedunt: sed quanquam timentes & anxi, nihilominus ob amorem Christi, quicquid exhorrent, ferunt. Quod si majorem illis contendat quipiam, quam histrutam gloriam: per me licebit, secum contendat solus. Sat est enim mihi, quod uterque in cœlo habet tantam,
1. Cor. 2. quantam dum viveret, nec viderat ejus oculus, nec auris audierat, nec in cor ejus ascenderat. Etenim quisquis in cœlo præferitur, ei non alius invidet, imo quilibet potius propter amorem mutuum cuiusque gloria fructus. Adhæc quem cui gloria præferatin cœlo Deus, nōbis in hac mortalitatis caligine palpitibus haudquam puto satis inclarescere.
2. Cor. 9. Nam ut hilarem Datorem (fateor) diligit Deus, ita Tobiam dilexisse non dubitem, nec item beatum Job: quorum ut uterque fortiter ac patienter calamitatem tulit: ita (quod sciam) neuter adplasit admodum, aut exultavit alacriter.

Offerre se pro Christo morti, quum res aperte postulat, aut quum occulte stimulat Deus: egregia virtutis opus esse non nego. Alioqui vero nec satis tutum reor, & præci-

pua ex his columina, qui sponte pro Christo sunt passi, timuisse multum, fuisse vehementer anxios, nec semelante se subduxisse morti reperimus, quam postea tamen fortiter adiutunt. At nec Deum posse inferior, & facere aliquando confiteor (nunc piis id tribuens anteactæ vitæ labóribus, nunc inera benignitate gratificans) ut animum martyris totum sic impleat gaudio: ut non modo molestas illas anxietates opprimat, sed & eas quoque, quas Stoici Pro-Passiones appellant, & quibus Hieron. factiosos sapientes suos omnino satenur ob. in Matt. 5. noxiōs, sic eminus arceat, ut non permitat accedere. Qui viderit

Etenim quum s̄epe videamus accidere, ut in pugna quidam vulnera sua non sentiant, donec animus, quem vehemens abduxerat affectio quipiam, reversus advertat damnum: non est quod dubitem, tanta propinquantis gloriæ spe gestientem animum posse sic efferti supra se, ut neque mortem metuat, neque supplicia sentiat: Et tamen si cui donum hoc dederit Deus, ego certe vel gratuitam felicitatem potius, vel præterita virtutis præmium vocaverim, quam futuræ mercedis materiam. Nam mercedem crediderim toleratae pro Christo pœnae respondere, nisi quod eam Dei liberalitas mensura tam bona, tam conferta, tam coagitata, tam superfluenta retribuit: ut non sintullo pasto condignæ passiones hujus Luc. 6. temporis ad futuram gloriam, quæ revelabatur in illis, qui tam impense dilexerunt Deum:

ut ejus gloriæ tanta mentis angustia, tanto cruciata corporis sanguinem & vitam impendebat. Quid quod interdum pro sua bonitate Deus quibusdam admittit metum, non quod magis eorum approbet, ac remuneret audaciam: sed quod tales eorum novit imbecilitatem, ut timori suo ferendo pares non essent futuri. Etenim nonnulli succubuerunt metu, qui postea tamen inflictæ tormenta vicerunt. Jam quod attinet ad animandos alios eorum exemplo, qui mortem ferunt alacriter: non abnuerim, id multis esse perutile. Sed rursus quoniam plerique omnes sumus ad ingruentem mortem timidi, quis nosse potest, quam multis pro sint & hi, quos quum anxios ad mortem videmus & pavidos: cernimus tamen per objectos, & obstantes illos rædii, pavoris, angustiæ plusquam adamantino obices fortiter penetrare, & effectis illis ferreis repagulis, triumphata morte cœlum violenter irrumperet? An non hi pusilli & timidulus homuncinibus ipsorum videlicet similibus vehementer addunre animum, ne incumbente persecutione succumbant, quanquam sibi magnam sentiant tristitiam, timorem, rædium, & diræ mortis horrorem suboriri? Provida igitur Dei sapientia, quæ penetrat omnia fortiter, & disponit cuncta suaviter, præsenti contemplans intuitu, quo modo, quibus in locis affectæ sunt mentes hominum, hujus aut illius fortis exempla, prout maxime conductura vider, temporibus & locis accommodat. Sic pro sua

sua providentia Martyrum suorum affectus temperat, ut alius alacer ad mortem prouoleret, alius cunctanter & timidè prorepat, nec tamen minus fortiter mortem præferat, nisi quis ideo forte minus fortis haberi debet, quod præter debellatos inimicos reliquos, suum etiam ipsius rædium, tristitiam, timorem, fortissimos affectus, & potentissimos hostes expugnat. Cæterum disputatio præsens tota huc denique tendit, ut sanctissimorum Martycrum utrumque genus admiretur, utrumque venetemur, in utroque laudemus Deum, utrumque, quum res postulat, pro suo quicunque captu (prout gratiam dederit Deus) imitemur. At is, qui se sentit alacrem, non tam solati habet, ut audeat: quam moneri fortassis ut metuat, ne Petri more nimium de se præsumens subito relabatur & corrut. At qui se sentit anxium, mœustum, timidum, ei nimis ut exporrigit animum, adhibenda consolatio est.

Matt. 27. Utique hæc anxietas Christi perquam salutis est, alteri ut nimis gestientem animum reprimat, alteri ut nimis abjectum & prostratum erigat in bonam spem. Nam si quis animum sibi ferocientem sentit & timidum, hic, quum tam humilem recordabitur & anxiū hunc Imperatoris sui habitum, merito fortasse verebitur, ne paulisper eum callidus hostis elevet in sublime, quo paulo post fortius allidat in terram. At qui nimium conteritur anxiis & meticolosis affectibus, sibique misere timet, ne desperatione succumbat: hanc agoniam Christi respiciat, hanc affidue meditetur, ac tuminer, ex hoc fonte salutares haustus consolations ingurgiter. Nam hic videbit Pastorem pium, oculam imbecillam in humeros suos attollere, ipsius personam gerere, ipsius affectus exprimere: ut inde sumat audaciam, nec sibi desperandum putet, quisquis in posterum turbari se similibus sentit affectibus. Agamus igitur illi gratias quam magnas possumus (nam meritas certe non possum⁹) & in agoniis nostris ipsius agonie memores (cui nulla fuit unquam agonia comparabilis) obnixe precemur eum, ut sua anxietatis intuitu solari nos dignetur in nostro, & quum per illum liberari periculo plementis angustiæ vehementer petimus, imitantes tamen ipsius exemplum longe saluberrimum, petitionem nostram ipsius adjectione claudamus.

Matt. 27. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Hæc si sedulo fecerimus, nihil omnino dubitem, quin ut ipsi sic oranti consolatio venit ab Angelo: sic & nobis per Angelum cujusque suum consolatio ab ipsius adferetur Spiritu, quæ nos ad ea duranda firmabit, per quæ subvehemur in cælum. Nam ut ejus rei nobis certam præberet fiduciam Christus, eodem ordine, eadem via nos illuc antecessit. Siquidem post diu perpestram agoniam istam, sic animo refectus est, ut surgens revisis Apostolis traditori & tortoribus ad passionem se querentibus ultra prodiret obviam. Deinde passus

Luc. ult.

EXPOSITIO.

(ut oportuit) introivit in gloriam suam, lo- Joh. 14. cum nimis nobis ejus vestigia sequentibus i. Petr. 2. ibidem pataturus, quo ne nostra nos locordia fructretur, ipse propter agohiam suam nos in agone nostro dignetur adjuvare.

Et quum surrexisset ab oratione, & venisset ad Discipulos suos, invenit eos dormientes praे tristitia, & ait illis: Quid dormitis? Dormite jam & requiescite. Sufficit, surgite & orate, ne interreis in tentationem. Ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, prope est.

Ecce, jam tertio revidente Christo somno sepultos Apostolos, quos luctinere secum, & impendente periculo precibus invigilare mandaverat, dum traditor iacetim Judas iæ totus in prodehendo Domino vigili cura versatur, ut ne cogitandi quidem de somno ullus illis sit relictus locus. An non in hac dissipitate traditoris & Apostolorum nobis jam inde succendentium ad nostram usque atatem temporum velut in speculo quodam figura non minus clara, quam tristis & horrenda reluet? Cur non hic contemplentur Episcopi somnolentiam suam? qui sicut in Apostolorum succedunt locum, sicut in am virtutes eorum perinde nobis referent, ut & autoritatem libenter amplectuntur, & ignavam istam illosum dormitantiam repræsentant. Nam plerique serebdis in populo virtutibus & afferendæ veritati dormiunt: dum inimici Christi servidis virtus, eradicandæ fidei, hoc est, quoad in ipsis est, apprehendendo Christo, iterumque crudeliter crucifigendo per vigilant, tanto sunt (ut Christus ait) prudentiores filii lucis sibi tenebratum in generatione sua. Cæterum hæc similitudo dormientium Apostolorum, quanquam valde competit in hoc Episcopos, qui dum virtus & fides veniunt in discrimen, dormiunt: non omnibus tamen hujusmodi Præsulibus usquequa convenit. Nam sunt ex his (heu) multo plures quam vellem, qui non praे tristitia (sicut Apostolis accidit) mœsti labuntur in somnum: sed sopiti & se pulsi perniciose affectibus, tempe dæmonis, carnis, & mundi inusto ebrii, velut sues in cassum se provolventes, indormiunt. Enim vero laydandi fuit affectus, quod in Magistri sui peticulo tristabantur Apostoli: verum quod tristitia sic superati sunt, ut totos se somno derint, id certe vitium fuit. Quin mœtrere quoque pereunte mundo, & aliorum illachrymate flagitiis, pia mentis esse sensit, qui dixit: Sedebam solitarius, & gemebam. Et qui item illud: Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Hujus itaque generis tristitiam in ea parte posuerim, de qua dicit.

Sedita tamen posuerim, si affectum illum quantumvis bonum præses infrenet ratio. Nam alioqui si sic perstringat animum dolor, ut oppreso vigore mentis ratio remittat habendas, ac sicut ignavus gubernator navis ad fragorem tempestatis animo concidens temonem defea-

deserit, atque in angulum quempiam tristis lemnet abjiciens, puppim permittit fluctibus, sic Episcopus mœstia sua somno superatus ea relinquat infecta, quæ insalutem gregis, officii sui locus efflagitat: hanc ego certe tristitiam conferre & comparare non dubitem cum ea tristitia quæ dicit, ut ait, ad infernum, immo adeo longe post posuerim, quoniam in redivina speciem quandam habet animi desperantis de Deo.

Proximum huic generi locum tenent, sed multo deteriorem, quos non ob aliorum pericula dejicit mœstitudo, sed mali timor inferendi sibi, id est, timor etiam ipse tanto nequior, quanto magis contemni debet, quod metuitur, nempe quum non capit res agitur, sed pecunia. Et tamen ipsius corporis iacturam jubet Christus ipsius causa contemni. Ne terreamini (inquit) ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.

Match. 10. tis: Timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Et quum hoc in communue præcipiat omnibus, quando deprehensis nullum patet effugium, Præsum ho-nori seorsum onus injungit amplius, utpote quos non de sua duntaxat anima sinit esse sollicitos, nec tantisper in silentio delitescere, donec protracti cogantur aut palam fateri quod senzint, aut dissimulare mendacio: sed si creditum sibi gregem videant in periculo, prodite voluit eos, & dum gregi prosint, periculis ultra semetiplos offerre. Bonus pastor, inquit Christus, animam suam ponit pro ovibus suis. Quod si bonus quisque pastor animam suam ponit pro ovibus suis, certe qui cum ovium damno animæ suæ parcit, bonum pastorem non agit. Quamobrem sicut qui perdit animam pro Christo (pro Christo enim perdit, qui mandato Christi perdit pro gregi) in vitam æternam custodit eam: sic qui Christum negando (negat enim, qui in damnum gregis conticescens, veritatem non fatetur) hic animam servando, plane pergit perdere. Quanto magis, si subactus metu, verbis etiam neget & desciscat publice? Tales cum Petro non dormiunt, sed cum Petro vigilantes perneggant: sed respiciente eos Christo per ejus plenique gratiam delictum illud aliquando fletu salutifero deleturi, si modo respicienti & ad penitentiam familiariter invitanti Christo, verbatum ejus memores, & passionem contemplantes, exentesque foras ab his malorum pedicis quæ eos peccatis incluserant, cordis amaritudine & conversione respondeant. Cæterum si quis usque adeo malitia invalescat, ut non metu veritatem taceat, sed cum Arrio, Arique similibus doctrinam falsam vel quæstutipi, vel ambitione pestilenti prædicet: hic non cum Petro dormit, neque cum Petro denegat, sed cum Juda scelerato viglat, Christumque cum Juda persequitur. Hujus igitur quam sit supra cæteros valde periculosa con-

ditio, Judæ nimis docet tristis & horrens exi-tus.

At quum sit misericordis Dei nullo fine clausa benignitas, nec isti quidem peccatorum generi venia desperanda est. Multas etiam Judæ resipisciendi præbuit ansas Deus. E convictu suo non ejectit, non Apostolatus admet dignitatem. At neque loculos ei, quanquam fuit Joha[n]n. 13, erat, abstulit. Ultima in Cœna dilectis Discipulis traditorem admisit socium. Ad pedes præditoris procumbere dignatus est & sordidos ejus pedes sordidissimam menti similitudinem manibus suis innocuis & sacrosanctis ablueret. Ad hæc incomparabili bonitate sub forma panis edendum præbuit illud ipsum corpus suum, quod proditor jam vendidebat: bibendumque sub vini specie dedit illum sanguinem, quem Matt. 26, traditor interea dum bibit, per scelus meditatur effundere.

Postremo vero venientem cum satellito ad se comprehendendum & osculum offerentem, osculum, inquam præditionis abominandæ tessera manu suæ mansuetus & mitis admisit. Quis non crederet, quidvis koru[m] omnium traditotis animum quantumvis addictum sceleri, ad sanctora consilia potuisse fecere? Quin & illud initium prætendit, quum se peccasse factetur, & referret argenteos, quumque non recipientur, abiceret, simulque te clamaret traditorem, & sanguinem diceret etiam justum tradidisse: hactenus profecto Servatorem illi Christum crediderim suggestisse, ut fieri posset, hoc est, si proditor proditor desperationem non adiceret, illum etiam ipsum servaret ab interitu, à quo tam recenter ipse tam perfide prodebatur ad mortem. Ergo quum tam multis modis Deus ipsius etiam Judæ quanquam proditoris ex Apostolo facti, valde tamen se misertum proberet, tam saepè invitarit ad veniam, nec nisi per solam desperationem perire passus est: certe de quoquam imitatore Judæ non est quod hac in vita quisquam debeat desperare. Imo secundum illud Apostoli sanctum consilium quum ait: Orate Jacob 5, pro invicem, ut salvemini: Si quem videamus à victa recta vehementer abetare, redditum aliquando in semitam speremus, supplicesque interea sedulo precemur, ut resipisciendi & Deus ei ansas porrigit, & ille patiter ad hoc juvante Deo porrectas atripiati avidè, arreptas teneat, & neque per malitiam abiciat, neque per segnicem misere patiatur elabi. Dormientes igitur, quum jam tertio Christus invenisset Apostolos, ait illis: Quid dormitis? tanquam Matt. 26, diceret: Non est nunc dormiendi tempus, sed vigilandi necessarium tempus est, & orandi, cuius ego rei tam recenter bis modo vos admonui. Qui quum secunda vice dormientes inventi nesciebant, quid responderetis ei, nunc in eadem culpa tam cito deprehensi tertio, quid excusationis idoneæ potuissent comminisci? An quod Evangelista commemorat, eo se poterant excusare, videlicet si dixissent dormite se præ tristitia? At id commemorat quidem [X] Lucas;

Lucas; Verum enim vero non laudat. Tristitia tamen eorum insinuat fuisse. (sicut erat certi laudabilem. At non vitio tamen somnus inde sequens caruit. Etenim tristitia quæ sit ejus generis ut magni sit præmier capax, in magnum aliquando malum tendit, utique si nos sic absorbeat, ut eam reddamus inutilem, dum non ad Deum votis & oratione recurrimus consolari petentes ab ipso : sed quadam animi dejecti ac desperantis imagine velut refugientes tristitia nostra sensum, solamen auctoriamur à somno, neque tamen, quod venamur, assiquimur somno, consolatione perdita quam vigilibus precibus impetrare potuimus à Deo, mentis anxie molestum pondus sub ipso etiam somno sentimus, pariterque in tentationes, & diaboli strigas iniurias oculis clausis impingimus. Christus igitur velut omnem hujus dormitiae defensionem præscindens, Quid dormitis, inquit? Dormite jam & requiescite. Sufficit, surgite, & orate, ne intretis in temptationem. Ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce, qui me tradet, prope est. Et adhuc Iesu loquente, ecce Judas Iscariotis, &c.

Matt. 26.

Dormitantes Apostolos Christus protinus ut excitavit tertio, Ironia non illa quidem levicula & jocosa, qualibus solent homines dicares & otiosi ludere, sed seria gravique perceluit: Dormite, inquit, jam & requiescite. Sufficit, surgite & orate, ne intretis in temptationem. Ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce qui me tradet, prope est. Et adhuc eo loquente Judas &c. En sic indulget somnum, ut plane se probet adimere. Nam quum vix dixisset: Dormite, subiunxit illico: Sufficit, quasi dicat: Non est nunc necesse ut dormiatis diutius. Sufficit enim, quod quo maxime tempore vigilare debebatis, hactenus (etiam me verante) dormiastis. Nunc non modo non dormiendi tempus superest, sed ne sedendi quidem. Sed surgendum vobis est illicet, atque orandum, ut non intretis in temptationem, per quam contingat vobis, ut magno me cum scandalo deseratis. Nam alioqui quod ad somnum attinet, dormite jam & requiescite, per me licebit, videlicet, si poteritis. Sed certe non poteritis. Nam adventant prope, & tantum non adiungunt, qui somnum istum oscitantibus vobis excutient. Ecce enim appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & ecce qui me tradet, prope est. Quumque tam pauca vix eos admoneret, adhuc eo loquente, ecce Judas Iscariotis, &c.

Non sum neclius, è viris eruditis & sanctis aliquos expositionem istam non admittere, quam tamen aliis & eruditis simul & sanctis placuisse confidentur. Nec horrent tamen illud Ironiae genus: quod alii quidam faciunt pii quidem & illi, sed in loquendi figuris, quas è vulgaris sermone sumptas habet in usu Scriptura

sacra, non satis exercitati. Nam alioqui tam sape reperissent alibi, ut hoc in loco non posset offendere. Quid enim illa Ironia falsius ac facetius, qua beatus Apostolus lepide perstringat Corinthios, petens videlicet veniam, quod eorum neminem sumptu vel impensa gravaverat? Quid est enim quod minus habuisti præ cæteris Ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravi vi vos? Donare mihi hanc injuriam. Quid², Cor. 12.

illa Ironia fortius aut mordacius, qua Propheta Dei Propheta Baal surdam ejus statuam in clamantes irritat. Clamate (inquit) altius, nam³, Reg. 18.

Deus vester dormit, aut aliquo fortassis peregrinatus est. Hæc adfert libuit obiter propter eos, qui pia quadam simplicitate non ferentes in Scriptura sacra, vel certe non advertebentes usitatas illas passim loquendi formas, dum desfestunt à figura sermonis, à genuino pariter Scripturæ sensu per quam frequenter aberrant. Cæterum hoc in loco D. Augustinus non disipli-

Augustin.

cere sibi dicit interpretationem illam, quam attuli, sed non esse necessariam. Simplicem enim sermonem circa figuram sufficere. Quod ut doceat, eundem locum sic interpretatur ipse in eo opere quod scripsit de concordia Evangelistarum. Videtur, inquit, hic sermo secundum Matthæum sibi ipse esse contrarius. Quomodo enim dixit; Dormite jam & requiescite, quum connectat: Surgite, eamus; Qua velut repugnantia commoti quidam conantur ita pronunciare, quod dictum est: Dormite jam & requiescite, tanquam ab exprobrante, non à permittente sit dictum. Quod rectè fieret, si esset necesse. Quum vero Marcus ita commemoraverit, ut quum dixisset: Dormite jam & requiescite, adjungeret: Sufficit, & deinde inferret: Venit hora, ecce tradetur filius hominis, utique intelligitur post illud, quod eis dictum est: Dormite & requiescite, si quis Dominum aliquantum, ut hoc fieret, quod permisera, & tunc intulisse: Ecce appropinquavit hora. Propter quod secundum Marcum positum est: Sufficit, id est, quod jam requievistis. Acute quidem ista beatissimus Augustinus: ut omnia, verum qui diversam viam secuti sunt, his opinor non visum probabile, quod Christus, qui bis jam increpaverat, quod instante sua captione dormiebant, protinus ubi sugillando dixisset: Quid dormitis, dormiendi tempus indulserit tum præsertim, quum propter quod prius abstineret somno debuerint, id nunc tam prope proforibus (ut ajunt) ingrueret. Verum utraque nunc interpretatione proposita sequi fas erit cuique, utram visum fuerit. Ego tandem utramque recensere statui, non item sententiam meam (qui nihil sum) velut arbiter honorarius interponere.

Surgite, & orate, ut non intretis in temptationem.

Prius vigilare jussit & orare, nunc ubi bis experti sunt per sedendi segnitatem somnum sibi surrepere: adversus ignavum illum somnolentiam morbum præsentaneum docet remedium, surgere. Quod remedii genus velut ab ipso Servatore traditum, utinam vel inter-

dum

dum per intempestam noctem liberet experi-
ri. Hic enim non illud modo coperiremus
verum, quod (ut ait Horatius) dimidium facti
qui cœpit, habet: sed etiam quod qui cœpit, illi-
cet habet totum. Nam quum adversus somnum
conflicturi sumus, prima coitio semper est acer-
rima. Itaque non est lucta sensim superandus
somnus, sed illecebrosa brachia, quibus nos
amplectitur & reclinat, semel impetu divellen-
da sunt, nobisque protinus ab eo proruendum.
Tum vero, ubi semel somnum desidem, mor-
tis videlicet imaginem rejicerimus: vita suc-
cedet alacritas. Tum si meditationi nos & ora-
tioni dederimus, in opaco illo noctis silentio
collectus animus longe se capaciorem sentiet
consolationis divinæ: quum diurno strepitu
tot circumfusa negotia, oculos, aures & men-
tem distrahunt & in varia non minus vana
quam diversa dispergunt. Sed ô Christe salu-
tifer, quum nonnunquam nobis de re qua-
piam levicula, quæ quidem ad mundum perte-
nit, cogitatio sic interrumpat somnum, ut
longo tempore teneat vigiles, ac vix aliquando
sinat redormiscere: adversus tam immensam
animæ procurandam frugem, inter tot dispo-
sitæ pestilentis hostis insidias, in tanto pereundi
periculo non expurgescimus ad orandum,
sed somnia speculantes mandragoræ indormi-
mus. At illud nobis assidue memorandum est,
quod non simpliciter Christus jussit surgere,
sed surgentes jussit orare. Neque enim lusti-
cit surgete, nisi surgamus ad bonum. Alioquin
enim minus peccet, si quis tempus perderet
ignava somnolentia: quam si tempus per ma-
litiam vigilem sedulo flagitiis impenderet. At
nec orare quidem tantum jubet, sed etiam cum
orandi necessitate docet quid orare debebant:
Orate, inquit, ne intreris in temptationem.
Hoc unum iterum atque iterum inculcavit
eis: orationem adversus temptationem unicum
esse præsidium, quod quisquis in arcem ani-
ma non admittit, sed somno se dedens exclu-
dit, obſidentis eam diaboli satellites, tentatio-
nes videlicet malas per inertiam sinit irrumpe-
re. Ter & illos orare verbis monuit: tum
ne verbo tantum docuisse videretur, ut simul
doceret exemplo, ter oravit & ipse, nimis illu-
lud insinuans, orandam esse Trinitatem nobis.
Patrem scilicet ingenitum, genitumque ab eo
coëqualem filium, & utique comparem,
procedentem ab utroque Spiritum. Ab illis
tribus oranda pariter tria: nempe de præteritis
veniam, ad tractanda præsentia gratiam, & ad-
versus futura cautelam. Verum hæc non segni-
ter & oscitanter oranda, sed incessanter & fer-
vide. A quo precandi modo plerique omnes
quam nunc procul absimus, & sua privatim
quemque docet conscientia, & Deum precor,
ne paulatim publice minor minorque quotidie
proveniens ab oratione fructus ostendat. Ve-
runtamen quoniam paulo jam ante eam pat-
tem, quam potui, vehementer incubui, ut id
genus orationis incessarem, quæ non attentum
habet animum, sed mobilem & in multa va-

gantem, ne immidis in morem chirurgi videar
ulcus tam vulgare nimis inclementer attingere,
multisque tenerioris animi mortalibus non
medicinam adferre, sed dolorem & spem con-
sequendæ salutis adimere: liberè Gerson em-
magia proferre, quod leniat. Utitur enim is
ad curandos animæ phlegmones anxios lenienti-
bus quibusdam tebus, quæ medicinis illis
proportione respondeant, quas ad mitigan-
dos corporis dolores Medici vocant anody-
na. Johannes ergo Gerson vir eruditiois exi-
Gerson,
miae, & mitissimus attractor afflictæ conci-
entiae, quum aliquos, opinor, videret, quos
mentis illa distractio tam valde habuit anxios,
ut singula subinde verba suarum precum mole-
sta quadam battologia repeterent, neque ta-
men quicquam proficerent, interdum etiam
tertia vice, quam prima plus sua sibi displiceret
oratio, quo siebat, ut concepto tædio omnem
orandi consolationem perderent, aliquibus
etiam precandi consuetudinem velut inutilem
se precantibus, aut etiam quod veterabantur no-
xiā, relicturis: homo, inquam, pius quo
tam anxiā illis molestiam mitigaret, tria quæ-
dam in precando notavit: actum, virtutem,
habitum. Cæterum quo, quid volebat, redi-
deret dilucidius, rem proponit per exemplum
ejus, qui ad sanct. Jacobum peregre profici-
scitur ex Gallia. Nam is interdum & pergit
in itinere, & simul secum de Divo illo & in-
stituto suo meditatur. Hic toto igitur hoc
tempore peregrinationem suam duplicit
actu continuat, nempe (ut Gersonis ipsius ver-
bis utar) continuitate naturæ & continuitate
moris: naturæ, quia actu, hoc est, ipsa re
versus illum locum progreditur moris: quia
versatur ejus cogitatio circa peregrinationis
sua materiam. Morem enim appellat moralem
illam formam, quaproficiendi actus alioqui
de se indifferens, ex pia profectionis causa
perficitur. Interdum vero se promovet in
via sua, quum alias res animo versans, neque
de Sancto, neque de loco quicquam interea
cogitat, cogitans fortasse sanctiora veluti de
Deo ipso. Jam naturæ actu peregrinationem
continuat, moris vero non item. Neque enim
ut actu pedem promovet, sic actu quoque de
causa cogitat, ob quam proficitur, ut nec
ipsa fortasse de via. Sed quanquam non actu
moris peregrinationem suam, moris ta-
men virtutem continuat. Totum enim hunc
actum ambulandi naturalem, prius ab initio
propositum tacite concomitans, morali virtute
imbuit & informat, quandoquidem à
prima illa voluntate totus hic motus sequi-
tur, sicut ab impulsu primo retracta manu ja-
etus procurrir lapis.

Nontunquam vero adest actus moris,
quum non actus naturæ, nempe quoties depe-
regrinatione cogitat sedens fortasse, non am-
bulans. Frequenter denique actus uterque
subtrahitur: utspte dum Dominus, quum
neque naturæ actu peregrinus ambulat,
[X] 2 neque

neque motis actu quicquam de peregrinatione cogitat, interea tamen virtus moris nullo rejecta proposito remanet & persistit in habitu. Nunquam igitur vere rumpitur hæc peregrinatio, quin habitu taliter perduret ac perleveret ad meritum: nisi quum contraria voluntas opponitur, aut peregrinationis deferendæ penitus, aut in aliud saltem tempus differendæ. Hæc igitur similitudine peregrinationis paria de Oratione concludit, eam videlicet, ex quo semel adhibita cum attentione cœpta est, nunquam postea sic iterum posse, quin primi propositi virtus maneat ac perduret assidue, actu videlicet aut habitu, quamdiu nec apposita voluntate desinendi relinquatur, nec opposito mortali peccato perimitur. Hinc circa figuram ullam sermone puro & simplici dictum ait illud à Christo: Oportet semper orare, & non desicere, vereque item & simpliciter ad verbum à bonis hominibus impletri. Quam sententiam suam trito illo Doctorum adagio confirmat: Qui bene vivit, semper orat, nempe quod is qui ex Apostoli præscripto omnia facit in gloriam Dei, semel attente cœptam orationem nonquam post interrupit sic, quo minus ejus virtus ad meritum, quamquam non actu, habitu tamen permaneat.

Hæc vir eruditissimus idemque optimus Johannes Gerson in eo tradit opusculo, quod de oratione & ejus valore compositus: sed ita tamen tradit, ut eis ista velit esse solatio, qui minus anxie tristantur quod inter orandum animus auferatur incautis, quum sedulo conentur attendere, non ut alii falsa fidei persuasio ne blandiantur, quasi tuci sint, quum cogitate de precibus secura supinitate non curant. Nam quum tantam rem tam negligenter agimus, preces quidem dicimus, sed non precavimus, neque (quod ante dixi) Deum nobis reddimus propitium, sed iratum procul avertimus. Siquidem quis miretur, si indignetur Deus, quum tam contemptim leab homuncione cernit appellari? Quomodo enim Deum non adit & appellat contemptum, qui Deo dicit: Exaudi Deus orationem meam, quum animo intetim in alias res inanes & nugas, atque utinam non interdum impias averfo, suam ipse vocem non exaudiat: sed dictatas preces usu tritas inscius & ignarus immurmans (ut ait Maro) dat sine mente sonum. Itaque sic plerumque dicta oratione discedimus: ut alia oratione protinus egeamus, qua de prioris oscitantia precemur veniam. Christus igitur quum Apostolis diceret: Surgite & orate, ne intretis in temptationem, ut ostenderet non sufficere somnolentam orationem ac tepidam admonuit illico, quantum impendebat periculi: Ecce (inquit) appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, perinde ac si diceret: Prædixi vobis ab uno vestrum me tradendum, exhorruitis ad verbum. Prædixi, Satanam vos, ut velut tritum cribraret, expetere, illud oscitantem au-

distis, neque enim respondistis quicquam, tanquam ejus tentatio patuni formidolosa foret. Ego, ut quam non contemnenda res esset tentatio sentiretis, prædixi fore, ut omnes in me scandalum patere miniri. Omnes hoc futurum negastis, ei qui id negavit maxime, prædixi fore, ut priusquam cantaret Gallus, ipse me ter negaret. Institit affirmare non futurum, seque moritum mecum potius, quam me negaturum. Similiter & omnes dixistis. Ego, netentationem rem tam levem duceretis, iterum atque iterum vos vigilare jussi, & orare, ne in temptationem intraretis, & vos tam procul tamen abstimanda temptationis violentia temper absuistis, ut nec orare adversus eam nec vigilare curaveritis, animati fortasse inde ad contemendas Diabolice temptationis vires, quod quum ego vos pridem emissem binos & binos ad prædicandam fidem, redeentes renuntiasti mihi, etiam dæmones suis subjectos vobis. Sed ego, cui & dæmonum natura simul & vestra penitus est nota quam vobis, quippe qui utiamque condidi: vos è vestigio monui, ne in tali vanitate gloriarem, quum illam subjectiōnem dæmonum neque vestræ vires efficerint, & aliorum causa, qui verendi ad fidem erant, ipse fecissem, non vestra: sed solido potius gaudio gloriarem, quod nomina vestra scripta sunt in libro vitae. Hoc enim ad vos in solidum pertinere, quod illud gaudium semel assecuti non admittentibus adversus vos dæmonum phalangis omnibus unquam possitis amittere. Sed vobis tamen adversus eos exercita tum potestas sic erexit animos, ut eorum temptationes videamini tanquam res parvi momenti contemnere. Hæc tenus igitur ad eas, quanquam impensurum prædixi hac ipsa nocte periculum, tamen velut è longinquò spectasti. Nunc vero vos admoneo, non ipsam tantum noctem, sed & ipsam etiam horam adesse. Nam ecce, appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Nunc ergo non est amplius sedendi & dormiendi locus, sed vigilandi necessitas & orandi vix momentū reliquum. Nunc igitur non ut in refuta prædicto, sed in te præfenti protinus vobis edico. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, prope est. Si vigilare non vultis ut possitis orare, surgite saltem & abite propere, ne non continget evadere. Nam, ecce, qui me tradet, prope est. Nisi fortassis ideo potius dixit: Surgite, eamus, non ut tumide fugerent: sed ut fidenter occurrerent. Sic enim fecit ipse. Siquidem non in diversam partem se divertit retro, sed simul secum dicto, viam ad se gladiatorio animo affectantibus ultrò offert obvium. Talia adhuc loquente Iesu, ecce Judas Iscariotes unus ex duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus missi à principibus sacerdotum & Scribis & senioribus populi. Etsi nihil potest esse validius ad salutem, & Christiano peccatori quodque virtutum genus inserendum, quam si quis pio cum affectu ferient Passio Christi meditetur: fecerit tamen haud

haud insalubriter qui temporis illius historiam de dormientibus Discipulis, quum traderetur Filius hominis, ad imaginem ac mysterium temporis futuri transtulerit. Etenim Christus ad redimendum hominem vere factus est filius hominis, nempe quanquam sine virili semine conceptus, vere tamen a primis propagatus hominibus, eoque veraciter filius Adæ: ut ipsius posteritatem, parentum culpa perditam, & miseris modis abjectam, in plusquam pristinam felicitatem sua Passione reponeret. Hanc ob rem, quum esset Deus, assidue tamen se (quod erat verus homo) filium vocabat hominis: assidue videlicet nobis insinuans mortis suæ beneficium, ejus naturæ commemoratio-ne, quæ sola mori potuit. Siquidem, quanquam moriebatur Deus, eo moriente qui erat Deus: non tamen subiit mortem ejus Deitas, sed duntaxat humanitas, imo corpus tantum, si naturæ potius vim, quam vocis usum perpendamus. Mori namque dicitur homo, quum anima corpus relinquit mortuum, immortalis ipsa digrediens. Cæterum quando non tan-tum naturæ nostræ vocabulo delectatus est, sed & naturam nostram ei collibitum est pro nostra salute sumere, postremo vero universos nos, quos Sacramentis salutibus & fide regenerat, velut in unius corporis compaginem adglutinare sibi, suorum etiam nominum participatione dignatus (sic enim fideles omnes & Deos Scriptura vocat & Christos) non absurde nos facturos puteum, si tories timeamus tempus appropinquare, quo Filius hominis Christus tradetur in manus peccatorum: quoties conspicamur immixtare periculum, ne in manus impiorum hominum corpus Christi mysticum, Ecclesiæ Christi, Christianus videlicet populus pessundetur, quam rem duljo jam diu seculo (proh dolor) alicundem non videmus accidere, dum alias alibi, partes alias truculentii Turcae Christianæ ditionis invadunt, alias intestino dissidio multiplices hereticorum sectæ dilacerant. Talia ergo ubicunque videamus, aut quantumvis procul audimus exortiri: cogitemus non esse nobis desiderandi tempus & dormiendo, sed surgendum esse protinus, & quo modo possumus, si minus aliter, precibus saltem nostris aliorum periculo succurrendum. Nec enim segniter accipienda res est, quia longius absit a nobis. Quippe si Poëta Comici valde illa probatur oratio: homo quum sim, humani nihil à me alienum puto: quo non dignum vituperio fuerit, Christianos ad pericula Christianorum stertere? Itaque Christus, ut istud insinuaret nobis, nos eos tantum quos collocarat proprius, sed & illos quoque quos longius fecit subsistere, vigilare similiter monuit & orate. Quin si nos aliorum mala, quod absint longius, nihil fortasse commoveant: commoveat saltem nostrum ipsorum periculum. Siquidem habemus metuere, ne pernicies ab illis viam sibi struat ad nos, nempe multis exemplis edicti, quanta sit vis rapide se prouidentis incendi, & provolantis pestilentiaz

quam formidolosa contagio. Quum igitur inane sit humanum omne præsidium absque malorum depulsore Deo, hujus Evangelici verbi semper meminerimus, semperque putemus, Christum ipsum sua nobis verba rursus ingere. Quid dormitis? Surgite & orate, ne intretis in temptationem.

Occurrit hic nobis & aliud, quod tum quoque traditur Christus in manus peccatorum, quum sacrosanctum ejus corpus in Sacramento consecratur, & attrectatur ab incestis, flagitiolis, & sacrilegis sacerdotibus. Talia quum videmus accidere (accidunt heu nimis saepè) ab ipso nobis Christo rursus putemus hoc dici: Quid dormitis? Vigilate, surgit, & orate, ne intretis in temptationem, nam Filius hominis traditur in manus peccatorum. Etenim ab exemplis malorum sacerdotum, viatorum labes facile diminut in populum, quantoque minus ii idonei sunt ad impetranda gratiam, ad quos vigilandi & orandi pro populo spectat officium: tanto nimis magis opus habet populus, ut vigilet, surgit & impensis ore triple pro se: nec profectum, sed & pro Presbyteris ejusmodi. Nam ex magno populi bono fuerit, sacerdotes malos fieri meiores.

Denique peculiari quodam modo traditur Christus in manus peccatorum apud ejus sacerdos populos, qui quum venerabile Sacramentum Eucharistiae & recipiunt laepius & sanctius, vi Eucharisti volunt honorare, quia contra moorem ista publicum sine ulla necessitate, sed non absque magna Ecclesiæ Catholicae contumelia recipiunt sub utraque specie, receptum tamen sub honori specie blasphemant, dum & verum alii panem & vinum verum appellant, alii (quod immane deterius est) non modo panem & vinum verum, sed etiam merum vocant. Nam verum Christi corpus, cuius id appellant nomine, continet in Sacramento periegant. Quoniam quum jam tandem facere instituerunt contra Scripturas apertissimas, contra Sanctorum omnium interpretationes planissimas, contra totius Ecclesiæ tot seculorum fidem constantissimam, contra tot miraculorum nullibus testatisfimam veritatem, qui posteriore isto infidelitatis genere laborant, & è duobus longe deterriore: quantulum precor ab illis absunt, qui Christum ista nocte ceperunt? quantulum ab illis Pilati satellitibus, qui per ludibrium genua coram Christo flectentes velut honorem defierentes insultabant appellantes eum Judæorum regem, ut isti flexis genibus Eucharistiam vocant corpus Christi, quod se fatentur nihil magis credente, quam Pilati milites Christum credideiunt regem. Quoties igitur audimus ejusmodi inala populis alii quantumvis procul dissidis accidere: Christum protinus nobis putemus ingere: Quid dormitis? Surgite & orate, ne intretis in temptationem. Siquidem ubicunque ho-die pestis illa deservit acerbissime, non univer-sos una die moribus arripuit: sed mora sensim

invalecente contagio, dum ii quoque qui initio abominantur, post audire sustinentes aspernantur segnius, deinde pravas confabulationes ferunt, post & auferuntur, Canceris in mortem (ut ait Apostolus) serpens morbus totam postremo patriam occupat. Vigilemus ergo, surgamus & oremus assidue, & ut illi resipiscant propere, quotquot ad hunc modum misere Satanae deceptione desipiunt: & nos ne patiatur unquam Deus in ejusmodi genus tentationis intrare, neve Diabolus unquam finat ad littora nostra procellas istius suae tempestatis obvolveat. Sed haec tenus in hac mysteria dgressi, te deamus nunc ad historiam.

Judas ergo, quem accepisset cohortem a Pontificibus, & a Pharisæis ministros, venit illuc cum lanternis & facibus. Et adhuc Iesu loquente, ecce, Judas Iscariotes unus ex duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus missi a principibus sacerdotum & Scribis senioribus populi. Dederat autem traditor eis signum.

Cohortem, quam Evangelistæ commemo- rant proditori traditam a Pontificibus, ego Romanam crediderim Pontificibus a Pilato permissam, cui cohorti suos ipsorum ministros Pharisæi, Scribæ & populi Seniores adjunxe- rant, aut non satis fidentes Præsidis militibus, aut etiam juvantes numero, ne quo subitio tumultu per noctem exorto Christus eripere- tur aut (quod illi fortassis affectabant præterea) ut nullo per tenebras elabente, cuncti pariter Apostoli comprehenderentur. Cujus propo- siti ne compotes esse possent, ejus ipsius fecit potentia: qui ideo captus est ipse, quia solus apprehendi voluit. Fumidas accendent facies & lucis malignæ lucernas, quibus illumitem ju- stitiae Solem possent per tenebras peccatorum cernere: non ut ab illius illuminarentur lumi- ne, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc inundum: sed ut æternum lumen ejus quod obscurari non potest, extinguenter: mis- si videlicet similes mitterent, qui propter traditiones suas obruere laborabant legem Dei. Quorum per vestigia Christum etiam- num persequuntur illi, quicunque in suam glo- riæ satagunt divinæ gloriæ splendorem obum- brare. Sed dignum est hoc loco diligenter advertere assidue se vertentem humanatum re- rum vicissitudinem. Nam non toti jam sex dies præterierant, ex quo & gentes ob insignia Christi miracula cum tanta vita sanctitate juncta Christum cupiebant aspicere. Judæi vero adequantatem Hierosolymam mirum quam reverenter excepérunt. At nunc Gentibus Ju- dæi juncti tanquam latronem veniunt compre- hensuri, idque non comite modo, sed duce quoque Gentibus & Judæis omnibus deterio- re, Juda. Qua ex te præbendum curavit in sua morte Christus documentum istud omnibus insigne mortalibus, ne quisquam stabilem pro- mittat sibi nesciam state fortunam, ne Christia- nus præfertim ullus ambiat (quippe qui cœlum sperat) hujus mundi despiciendam gloriam. Authores mittere contra Christum turbæ

sacerdotes erant, imo sacerdotum principes, Pharisæi, Scribæ & Seniores populi. Siquidem ut quodque natura est optimum, ita quum se- mel cœpit in diversum tendere, evadit tandem pessimum. Sic Lucifer inter cœlestes Angelos a Deo creatus eximus, ubi se superbia corum pendum dedit: factus est dæmonum deterri- mus. Sic non vulgi sœx, sed Seniores populi, Scribæ, Pharisæi, Sacerdotes & Pontifices Sacerdotum principes, ad quorum spectabat of- ficium, ut justitiam curarent, & Dei nego- tium promoverent: ii potissimum conspira- runt in unum, ut justitiae Solem extinguerent, & unigenitum Dei filium perimerent, eo vespa- niæ transversos egit avaritia, fastus, invidia. At hoc non transeunter aspiciendum est, sed contemplandum sedulò quod Judas, qui fre- quenter aliâ nomine traditoris infamatur, hic Apostolatus quoque titulo sublimi traducitur: Ecce (inquit) Judas Iscarioth unus ex duodecimi Judas Iscarioth non unus ex infidelibus Ethni- cis, non unus ex Judæis hostibus, non unus ex Discipulis Christi gregariis (quod ipsum tamen quis potuisse credere) sed unus proh (pudor) ex Christo lectis Apostolis Dominum sustinet tradere capiendum & ipse fieri capti- torum Dux.

Habent hoc loco, quod discant omnes qui singuntur Magistratibus, quum soleñibus appelle- lantur titulis, non habere tempus, unde glorien- tur & sibi placeant: sed ita demum tales titulos vere decoros esse, si sibi sit conscientius animus tam honorifico nomini recte administratis officiis ipsa re se respoudere. Nam alioqui possint (nisi verborum inani timitu delecentur) magno pudore suffundi quum certo sibi persuadere debeant, quicunq; sunt in excelso siti, sint Magnat. Principi, Satrapæ, Cæstares, Sacerdoti, Episc. modo sint iudem improbi: quoties homines splen- didos officiorum titulos apud aures eorum pruientes occidunt, non id ex animo agere, ut vere honorem deferant, sed ut licenter, per lau- dandi speciem, honores illaudatè gestos expro- brent. Siquidem & Evangelium quum Judam suo celebrat Apostolatus titulo, dum ait: Judas Iscar, unus ex 12. quam procul interim ab ani- mo laudandi fuerit, declarat illud, quod pariter post appellat traditorem. Dederat (inquit) tra- ditor eis signum dicens: Quem cuaque oculatu- tus fuero, ipse est: tenete eum. Hic quæri solet, quid cauæ fuerit, ut necesse esset signum turbæ a traditore dari, quo dignoceretur Jesus. Ad id respondent quidam, ideo conventum de signo: quia Christus ante non semel inter manus co- nantium apprehendere subito subterfugerat. At quum id facere solebant interdiu inter manus noscentium, nimisrum vi Divinitatis suæ vel ab oculis eorum disparrens, vel per medium attonitorum transiens: datum noscendi signum aduersus hoc effugium usui esse non poterat. Sunt igitur qui dicant, alterum ex Jacobis Chri- sto fuisse tam similem (quem & ideo vocatum volunt fratrem Domini) ut nisi diligenter con- tuentibus intropisci non possent. Sed quum utrum-

Matt. 27.

utrumque possent comprehendere, utrumque secum ducere, ubi post noscitur per otium cominus comparando possent: quæ necessitas erat sollicitos esse de signo? Erat (ut ex Evangelio patet) adulta nox, & quanquam appetebat diei crepusculum, erat adhuc tamen nox, & tenebras fuisse declarant facies & laternæ quas adferebant: quarum lux efficiebat, magis ut ipsi longe cernerentur quam ut alios procul se cernerent. Et quanquam plena Luna beneficio nox esset fortassis sublustris, hactenus tamen id valere potuit: ut corporum longius molem cernerent, non ad hoc etiam, ut linneamenta completerentur oculis, & alium ab alio dignoscerent. Ergo si temere provocantes, ut pariter omnes prenderent, in incertum quisque decuteret, merito metuebant, ne (ut plerumque accidit) ex tam multis aliqui fortassis effugerent, & in iis ipse, propter quem potissimum venerant. Solent enim, qui maxime sunt in discrimine, celerimē sibi prospicere. Igitur sive hoc excogitarunt illi, sive Judas ipse suggererat: sic disponuntur insidiæ ut traditor antecederet, cuius complexus & osculo notaretur Dominus, ut quem in eum unum cuncti fixissent oculos, in illum pariter omnes injicerent manus, post, si quis effugeret alius, minus esset periculi.

Dederat ergo traditor eis signum dicens: Quemcumq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute.

En quo prorumpit avaritia. Non tibi satis erat scelerate proditor Dominum tuum, quite in fastigium Apostolatus exercebat, in manus hominum nefariorum per osculum signum tradere, nisi præterea tam sollicitus esses, ut duceretur caute, ne captus posset evadere? Tu conductus es ut traderes, alii missi qui prenderent, qui custodirent, qui sisterent in judicium. At tu quasi in tua parte non sat sceleris esset, militum quoque te immilces officiis, & quasi non satis eis demandassent rem celesti Magistratus, qui mittebant: te videlicet opus erat homine circumspecto, qui commones & adderes mandata de tuo, ut captum ducerent caute. An metuebas, ne quum tui sceleris officio, tradito sicariis Christo, abunde functus esses: tamen, si qua sic cessarent milites, ut Christus aut elaberetur incautis, aut vi eriperetur invitis: argentei tui triginta, nefarii sceleris præclaræ merces scilicet, non persolverentur? Persolverentur haud dubie. Verum haud quaquam nunc tam cupidè anhelas accipere, quam quum acceperis, avidè properabis abjecere. Interea facinus acerbum Domino, mortiferum tibi, multis salutare perficies.

Antecepdebat eos, & appropinquavit Iesu, ut oscularetur eum. Et quum venisset, statim accessit ad eum, & ait: Rabbi, ave Rabbi, & osculatus est eum. Dixit ei Iesu: Amice, ad quid venisti? Iuda, osculo filium hominis tradis?

Tametsi Judas vere secundum historiæ se-riem turbam antecedebat, significat tamen etiam spiritualiter, inter ejusdem peccati participes, qui plurimas habet causas abstinenti: is

apud Deum censetur scelere cæteros omnes antecedere. Et appropinquavit ei, ut oscularetur eum; Et quum venisset, statim accessit ad eum, & ait Rabbi, ave Rabbi, & osculatus est eum. Sic appropinquavit ad Christum, sic salutant, sic Rabbi vocant, sic osculantur, quicunq; se Christi singunt Discipulos, & nomine doctrinæ ejus profluentes, ipsa re moluntur virtutis & technis eveterate. Rabbi nomine sic salutant Christum: qui Magistrum eum vocant, & ejus præcepta contemnunt. Sic osculantur Sacerdotes illi, qui sacrostantum Christi corpus consecrant: dein Christi membra Christianas animas doctrina falsa & flagitorum exemplis interficiunt. Sic salutant, sic osculantur Christum, qui se habeti pro bonis & piis postulant, quod contra diuturnam Christianorum omnium motem & consuetudinem: nunc tandem Sancti scilicet absque necessitate, sed non absq; totius Ecclesiæ Catholicæ contumelia, eoque non sine gravi scelere malorum suauis sacerdotum Laici sacram Christi corpus & sanguinem sub utraq; specie non solum sumunt ipsi, (quæ res utcunq; possit terri) sed universos dominant, qui rem utramq; sumunt specie tantum sub altera, hoc est, præter seipso, Christianos ubique tot per annos, omnes. Et tamen quum utramque speciem litigant necessariam Laicos, rem ipsam corpus videlicet & sanguinem ex utraque specie plerique tam Laici quam Sacerdotes eliminant, servantes tantum corporis sanguinisque vocabula: non dissimiles hac lane parte Pilati satellibus, qui per ludibrium flexis genibus Christum salutant regem Iudeorum. Nam & isti ad eundem modum genua venerabundi flecentes Eucharistiam Christi corpus appellant & sanguinem, quum nihil magis alterutrum esse credant, quam milites credebant regem. Hi nimis omnes, quos recenti, in salutatione & osculo cum priuotio conjuncto referunt protecto nobis traditorem Judam. Cæterum ut isti repræsentant præteritum, sic Joab olim in figura prædicens futurum, qui 2. Reg. 20. quum sic salutarer Amalam: Salve 2. Reg. 20 mi frater, & manu dextra mentum Amalem demulceret tanquam osculatus, clanculum educens inobservatum gladium transfoisse latere uno i^u eum interemit, similique dolo pridem occiderat Abner, postea vero (ut patet) peremptus ipse nefariæ fraudis meritas penas dedit. Joab ergo refert & repræsentat Judas, sive personam species, sive sceleratam fraudem, sive vindictam Dei & utriusque infelicem exitum: nisi quod Judas omni ex parte Joab superabat. Joab vir magnus erat apud principem suum, Judas longe major apud majorem. Joab occidit Amalam amicum, sed Judas amicorem Jesum, adde quod etiam Dominum. Joab invidia stimulatus & ambitione, quod Amalam sibi apud regem prælatum fore audierat. Judas vero miserae mercedis avaritia pelleatus, argenteis paucis mundi Dominum in mortem prodidit. Quanto igitur Joab antecellebat scelere, tanto evasit etiam vindicta generis.

genere miserior. Joab enim occisus est ab alio, Judas infelicissimus sua manu laqueo suspensus. Cæterum in fraudis proditoria forma belle inter se Joab & Juda scelerata conveniunt. Siquidem ut Joab Amasam compellans comiter velut osculatus interimit: Ita Judas Christum adit blandè, salutat reverenter, amanter osculatur, nec aliud interim furcifer quicquam meditatur secum, quam Dominū morti tradere. At non sicut Joab Amasam, sic Judas Christum potuit blandiendo fallere. Excipit adeuntem, auscultat salutantem, non repellit osculantem, & scelerata proditionis gnatus, ita le tamen aliquandiū gessit, tanquam omnium prorsus esset inscius. Quid ita? an ut nos simulare doceret ac dissimulare, humanaque vafracie fraudem fraudem fallere? Minime, sed ut diceret potius injurias omnes & perfide structas fraudes patienter & mansuete perpeti, non excandescere, non studere vindictæ, non ingentis contra conciuii animo morem gerere, non ex inimico per technam luso vanam volupratem capere: sed contra falsam fraudem vera virtute tendere, malum in bono vincere, denique verbis mitibus acribusque conati, opportuneq; & importune instare, ut mali mutentur in bonos, ut si quis morbo labore immedicabili nostram non incusat incuriam, sed suę pestis immanitatem imputet. Christus igitur Medicus plenissimus utramq; medendi methodum experitus, & pri-
mum præmittens initia, Amice (inquit) ad quid venisti? Proditor ad amici nomen animo pependit ambiguo. Siquidem sui sibi sceleris conscius verebatur ne sub amici nomine graviter exprobaret Christus hostilem ejus inimicitiam. Contra tamen (ut flagitia fere latendi spe semper blandiuntur sibi) sperabat cæcus amentia (quanquam expertus læpe cogitationes hominum Christo patere perspicuas & ipsi quoque proditio attracta fuisset in Cœna) sperabat, inquam, demens & oblitus omnium, facinus suum Christum tamen fecellisse. At quoniam nihil ei poterat esse magis pestiferum, quam si tali spe frustra lactaretur (neque enim aliud quidquam validius conversioni ejus potuit adversari) diutius eum duci falsa fallendi spe Christus pro sua bonitate non patitur, sed graviter adjungit protinus: Juda, osculo filium hominis tradis? Nomine suo compellat, quo solebat, nimitem ut veteris amicitiaz recordatio animum proditoris molliret ad penitentiam. Traditionem ejus aperte extiobratur, ne quum latete crederet, confiteri pudesceret. Ad hæc sceleratam traditoris hypocrisia fugillat: Osculo (inquit) filium hominis tradis? Inter omnes scelerum circumstantias nullam facile reperias, quæ magis sit invisa Deo: quam quum genuinas rerum bonarum naturas in malitiae nostræ instrumenta pervertimus. Sic odibile Deo mendacium, quod verba, quæ sunt ad explicandos animi sensus ordinata, per fraudulentias in diversum vertimus. Hoc mali genere graviter offendit Deum, si quis leges ad injuriam propulsandam natas transferat ad inferendam.

Christus igitur hunc peccandi modum detestabilem acriter improperat Judæ. Juda (inquit) osculo filium hominis tradis? Aut talente præbe, qualis videti vis: aut qualis es, talem te apertus ostende. Siquidem qui sub amici persona peragit inimicum facinus: scelus sceleratus conduplicat. An ergo non satis tibi Juda fuit, quod tradis filium hominis? vere, inquam, filium illius hominis, per quem homines omnes perierant, nisi hic filius hominis, quem tute putas perdere, servati volentes redimeret. Hunc, inquam, filium hominis non sat est tibi tradere, nisi etiam tradas osculo? videlicet in proditionem vertens sacrosanctum Charitatis symbolum. Äquior certe sum in turbam istam, quæ per aper tam vim in me gravantur; quam in te Juda, qui græssatoribus fallo me tradis osculo.

Christus igitur quum videret nullum in proditore signum penitentiaz, volens ostendere, quanto vellet libentius cum apertis hostibus, quam inimico clanculario colloqui, simulque ut apertum proditori facet, impia ejus machinationa cuncta se floccifacere, statim se avertit ab illo atque ad armatam turmam inermis affectat viam. Sic enim ait Evangelium,

*Jesus itaque sciens omnia, que ventura erant su- Matt. 27.
per eum, processit & dixit eis: Quem quaritis? Re Luc. 22.
sponderunt ei, jesum Nazarenum. Dixit eis Jesus. Marc. 14.
Ego sum. Stabat autem & Judas, qui tradidit
eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis Jesus, Ego sum:
abierunt retrorsum & ceciderunt in terram.*

O salutifer Christe, tu nuper tam timidus, qui te prosternens in faciem tam lachrymabili modo cum sudore sanguineo precebaris Patrem, ut calicem Passionis auferret: nunc vice versa tam subito velut Gigas ad currendam viam exilis & exultas, & te quærentibus ad Passionem alacer occutris obvius? Quærere te fatentibus, & esse te nescientibus ultra temet indicas? Huc, huc adcurrant omnes puerilimes: hic indubia spei ansam apprehendant, quum se sentiunt mortis horrore concuti. Nam uiri tunc agonem ferunt cum Christo, ut cum illo pavent, mœrent, anxi trifstatunt & sudant (precentur modo & in oratione persistant, tum voluntati divinae toto se corde submittant) sentient haud dubie, sentient hujus quoque consolationis auxilium, & Christi Spiritu sic recteabuntur: ut terrei cordis veterem faciem cœlesti tore sentiant renovati, & per immissum crucis Christi lignum in aquam doloris sui, amara dudum mortis memoria dulcescet, mœrori succedet alacritas, animi robut & fortitudo formidini, mortem deniq;, quam horrebebant, appetent, vivere triste ducentes, & mori lucrum, dissolvi cupientes & esse cum Christo. Christus igitur corninus aggressus turbam interrogat:

Quem quaritis? Responderunt: jesum Nazarenum. Stabat autem & Judas, qui tradidit eum, cum ipsis. Et dixit eis Jesus: Ego sum. Ut ergo dixit eis Jesus, Ego sum: abierunt retrorsum & ceciderunt in terram.

Si quid pridem apud cuiusquam animum, Christi pavor & anxietas existimationem ejus imminuerat: necesse est id nunc vicissimi virtutis hæc fortitudo reponat, qua totum armatorum globum adit imperterritus & certus occidi (sciebat enim omnia, quæ ventura erant super eum) quum illi nescirent quis esset, ipse scelus prodit, & crudeliter macilam ultroneam offert victimam. Atque ista quidem tam subita, tam diversa mutatio merito fuerit in veneranda ejus humanitate mirabilis. At qualem quantamque necesse est opinionem estimacionemque de ea fidelium omnium peccatoribus ingeneret per hominis imbecillum corpus tam mirabiliter emicans vigor divinæ potentiae, Nam unde illud quod congregantem cominus querentium nemo cognovit? In templo docuerat, numulariorum mentes everterat, numularios ipsos ejecerat, in publico versatus fuerat, Pharisæos confutaverat, Saducæis satisfecerat, Scribas redarguerat, Herodianorum militum quæstionem captiosam prudente responso deluserat, panibus quinq; lepitem homi. um milia paverat, ægrotos sanaverat, resuscitat mortuos, omni hominum generis præbuerat Pharisæis, Publicanis, divitibus, pauperibus, justis, peccatoribus, Judæis, Samaritanis & Gentibus: & nunc ex tota hac turba tanta nemo erat, qui compellantem cominus vultu vocè cognosceret, tanquam qui eos miserant, sedulo dedissent operam, ne quem illuc mitterent, qui, quem cum querebant, antea unquam viderat. Non saltet ex congressu Judæi, non ex amplexu & osculi signo dato quicquam Christum notaverat? Quin ipse traditor, qui tum simul stabat cum eis, quem tam aper osculo notandum prodidit, ipse tam subito noscere jam dedidicit? Unde igitur emerit hoc miraculum? Inde nimirum prodii, quod nullus eum potuit noscere, unde & illud paulo post, quod eum, quoad ipse se revelarat, nec Maria Magdalene coniiciens nec ex duobus Discipulis uterque cum eo colloquens alteruter novit quis esset: sed hi petegrium quenpiam, illa putavit horribulum. Denique si vis (cire unde venerit, ut congregantem nemo valuerit noscere, inde venisse non dubites, unde venisse vides & illud, quod illo loquente nullus valuit stare.

Vt autem dixit Jesus, ego sum: abiuerunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

Hebr. 4. 10. *Hic se declaravit Christus vere esse illud verbum Dei, quod acutius penetrat omni gladio anticipi. Etenim fulæn ferunt ejus esse naturæ, ut illæsa vagina gladium liquefaciat.* Christi certe tota vox illæsis istorum corporibus sic liquefecit animas: ut vires ad sustinenda membra non reliquerit.

Commemorat hic Evangelista, quod Judæus simul stabat cum eis. Nam quum audisset aperte sibi traditionem suam reprobare Jesum sine pudore confutus, sine timore perterritus (noverat enim Petri promptitudinem) protinus retulit pedem, seque recepit ad suos. Hunc igitur Evangelista commemorat simul stetisse

EXPOSITIO.

cum illis, ut intelligeremus cum illis etiam pariter cedisse. Et erat quidem Judas ejusmodi, ut nemo esset in tota turba deterior, neque dignus qui prosteretur: sed voluit Evangelista cunctos in communis commonitos, sedulo cuique cavendum, quibuscum versaretur: periculum enim fore, ne, si cum malis stationem suam ponat, cum malis simul & corruat. Siquidem raro contingit, ut qui se stolidi in puppim laceram cum naufragaturis collocat: cæteris absorptis pelago vivus evadat in terram. Nemo, opinor, dubitat, quin is, qui cunctos valuit uno verbo sternere: facile potuit pariter tam fortiter omnes allidere, ut nullus unquam posset resurgere. At Christus qui ideo stravit, ut scirent nihil se in eum posse, quod nollet pati: rursus permisit surgere, ut facherent, quod volevit ferre.

Igitur quum surrexissem, iterum interrogavite eos: Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum.

Vel hic quis non viderit Christi sic occursum perculpos, sic attonitos & stupefactos esse: ut vix videantur apud se mansisse, siquidem satis scire poterant, neminem id noctis eo loci reperiuntos se: qui non aut ex comitatu suo, aut amicucesset Christi, qui quovis eos esset missurus potius, quam ducturus ad Jesum. Et tamen totius rei cardinem, quam (quoad effecissent) sedulo cælatam oportuit: apud occurrentem subito, qui neque quis esset sciebant, neque cur illud quereret, protinus effutient stolidi. Nam simul ac cogavit. Quem queritis: responderunt, Jesum Nazarenum Respondit Jesus. Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me queritis, finite hos abire. Quali dicat: Si me queritis, cur vos aggressum & memet fatente cognitum illi co non comprehenditis? Certe quia tantum abest, ut invitum valeatis capere, ut (quod cadendo retrorsum didicistis) ne consistere quidem metantum loquente positis. Sed nunc, si tam citio estis oblii, iterum redigo vobis in memoria quod Jesus Nazarenus ego sum. Si ergo me queritis, finite hos abire. Quod ait Christus: Sinite hos abire, non esse rogantis: satis (opinor) prosterndo docuit. Verum interdum accidit, ut qui magnum aliquod facinus meditantur, simplici non contenti scelere, plura soleant, quam postulet propositæ tei necessitas, prava libidine velut appendices addere. Sunt & ministri scelerum tam præpostere fidi, ut potius quam omittant quidpiam malorum omnium, quæ habent in mandatis: aliquid addant potius atque admittantur de suo. Utrosq; pariter tacite tangit Christus.

Si me, inquit, queritis: finite hos abire.

Si id quod Pontifices, Scribæ, Pharisæi, Senioresque populi tam avide sitiunt exhaustire, meus sanguis est: ecce querentibus me vobis occurri, uescientibus prodidi, prostratis adsteti, surgentibus fisto capiendum, denique (quod non potuit proditor) in manus memet trado, ne aut illi necesse puerent aut vos (quasi in mea nece parum sceleris sit) horum etiam sanguinem [Y]

nem superaddere. Quamobrem; Si me queritis, finite hos abire. Jusit finere, sed finere coegerit invitatos & conantes comprehendere, servatis omnibus fuga, frustratus est. Cujus eventus indicium esse prænuntiam hanc vocem voluit, Sinite hos abire, ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Verbum Christi, de quo loquitur hoc loco Evangelista, illud verbum est, quod eadem nocte super cœnam Patri loquutus est Christus: Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et post: Quos dedisti mihi, ego custodivi: & nemo ex eis periret, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Ecce Christus hic vaticinans de servandis in sua captione Discipulis, semet pronuntiat eorum esse custodem. Ideoque redigit illud Evangelista legentibus in memoriam: ut intelligerent, quanquam Christus hic dicat turbæ: Sinite hos abire, seipsum tamen occulta potentia viam patefecisse, qua fu- gerent.

Auctor. I.
Eph. 4.
1. Cor. 2.
Rom. II.

Locus ille Scripturæ, qui peritum Judam prædictit, est apud Psalmistam, qui Psalmi 103. precandi modo prophetat. Fiant dies ejus pauci, & Episcopatum ejus accipiat alter. Hæc verba quum de Juda traditore tam longo ante tempore sint prædicta: tamen de illo prædicta, quoad Christus docuit, & res ipsa collata cum verbis ostendit, præter eum qui cecinit, nescio, an quisquam ante alius intellexerit. Neq; enim quicquid unus Propheta prævidit, protinus viderunt omnes. Datur enim Prophetis Spiritus ad mensuram. Quin mihi certe videtur, nemini tam apertam esse undique sacra Scriptura sententia in, ut non multa lareant illuc nondum intellecta mysteria, quæ vel ad Antichristi tempora pertineant, vel supremum Christi iudicium, quæ tantisper ignorata tediens tandem Helias explicabit. Itaque quod Apostol. de Dei sapientia prædicavit; id mihi de Scriptura facta (in quam sapientia sua perquam immensos cumulos abdidit & abstulit Deus) merito videor exclamare posse: O altitudo divitiarum sapientie & scientie Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia Dei, & investigabiles viæ ejus? Et tamen hinc inde nunc exoriuntur indies velut vesparum aut crabronum examina, qui se gloriantur (ut D. ait Hieron.) ~~autostidaxer~~, & sine veterum Doctorum commentariis omnia sese pervia, aperta, facilia reperisse: quæ Patres omnes antiqui, homines nec ingenio minori, nec inferiore doctrina, studio infatigabili, spiritu vero (de quo tam multum isti loquuntur, quam parum habent) intervallo non minore præcellentes, quam vitæ sanctitate superabant, fatebantur difficillima. At ii nunc homines novi, subito de terra progerminati Theologi, qui omnia scire videri volunt, quam in Scripturæ sensu contra cœlestis vitæ vitos illos universos sentiant, inter se præterea de magnis fidei Christianæ dogmatibus non consentiunt, sed quilibet verum se videre contendens & cæteros vincit, & à cæteris vincitur: Catholicam

vero fidem pariter oppugnant omnes, & pariter universi vincuntur. Quorum conatus impios & inanes, qui habitat in cœlis, irridet, quem supplex precor, ne sic irrideat, ut in eorum æternno rideat interitu, sed prænitendi salubrem inspirat gratiam, qua filii prodigi, & heu nimium diu profugi, in Ecclesiæ matris, unde discesserunt, gremium revertantur: ut pariter in vera Christi fide concordes, & mutua charitate connexi, vera Christi membra, capitis conse- Eph. 5. quamur gloriam, quam extra corpus & absque vera fide quisquis sperat aseQUI, spe semet falsa decipit.

Sed jam (quod cœpi dicere) Prophetiam prædictam esse de Juda Christus insinuavit, Auctor. I. Judas se occidendo docuit, Petrus post expulit, Apostoli omnes executi sunt, quum in locum ejus forte subrogato Matthia, Episcopatum ejus accepit alter. Et quo res esset illustrior (quanquam in Apostolorum locum perpetuo succedunt Episcopi) in numerum tamen illum duodenarium post sufficiunt Judæ Matthiam, nullus unquam postea subrogatus est, sed communicato paulatim pluribus Apostolatu, finem suum, impleta Prophetia numerus ille facet accepit, Christus ergo quum dixit: Sinite hos abire, non precatus est facultatem: sed occulte denuntiat abeundi dare semet Discipulis potestatem, ut verbum illud impleret, quo dixerat: Pater, quos dedisti mihi, ego custodivi: & nemo ex eis periret, nisi filius perditionis. Operæ mihi pretium videtur, paulisper hoc loco pendere: quam efficaciter istis verbis Christus disparem prædixit cæterorum prosperum, & perditum proditoris exitum. Etenim tam firmum utrinque futurum confirmat eventum, ut non tanquam futurū, sed jam plane factum denuntiet: Quos dedisti (ait) mihi, ego custodivi. Non suis viribus defensi sunt, non Judæorum clementia serviati sunt, non cohorts incuria delapsi sunt: sed ego custodivi, & nemo ex eis periret, nisi filius perditionis. Nam & is ex eis erat, quos tu Pater dedisti mihi. Et ego, quum me (elephas à me) reciperet, potestatem ei dereram: ut cum reliquis, qui me receperunt, filius Dei fieret. Verum ubi per avaritiam demens descivit ad Satanam, & me relinquent prodensque perfide servari noluit: dum me studet perdere, filius perditionis effectus misericorditer periret. Christus de traditoris eventu certus infallibiliter: tam certò peritum significat, ut iam petuisse pronuntiet. Et tamen infelix proditor, dum Christus comprehenditur, ut dux & signifer stat ferox cum cæteris, exultans opinor & gestiens condic平lorum suorum magistrique periculo: quos omnes (ut ego certe puto) pariter sperabat optabatque comprehendendos ad mortem. Ingratitudinis liquidem habet hoc, furore demens & absurdâ natura, ut quos inique lafit, pariter perire cupiat. Ita multum quoque velut exprobrantem reformidat ulcerosa scelere conscientia. Gaudebat ergo proditor, quum capi simul omnes speraret stolidè secundus

rus de se , neque quicquam minus cogitans, quam capitalem Dei de se sententiam terribili laqueo in collum ejus jam jam casuram desuper impendere.

Hoc loco mihi deplorare subit miseræ mortalitatis caliginem , quæ secum sæpè tumultuat ac trepidat , quom interim nescia , satis versatur in tuto ; sæpe vero vicissim secura gestit , quom inscio capiti lathifer ensis imminent. Apostoli cæteri cum Christo semet capi metuebant ad mortem : & tamen erant omnes evaluri. Judas extra metum ipse , & ex illorum metu capiens voluptatem , paucas post horas periit. Crudelis est illa libido , quæ suum pacit animum ex aliena miseria. Nec est, cur quisquam gaudet ac suæ felicitati gratuletur , si quam in alterius mortem habeat potestatem : quam proditor accepta cohorte consecutus sibi videbatur , certus est enim quisque morte,

Matt. 24. quem præmittit, sequi. Quin, ut est hora mortis incerta , quem morte le præmissum gloriat , ipsius fortasse præcedet. Judas enim Christum , quem ad mortem tradidit , sua miser morte prævenit , exemplum triste & toti mundo terrible , ne quis se turum credit à vindicta: qui lupinus & superbus grassatur Iceleris impenitentia. Siquidem aduersus impios omnis creatura cum suo Creatore conspirat. Aer gestit noxiis afflare vaporibus , unda fluctibus involvere , montes obruere , valles insurgere , terra dehiscere , Tartarus absorbere præcipitem , Dæmon flammatum voraginibus æternum ardoris immergere. Solus interim servat miserum is , quem deseruit , Deus. At si quis obstinatum sic imitetur Judam , ut Deus tandem decernat toties oblatam & rejectam gratiam amplius non offerre : hic,hic demum infelix , quantumvis sibi falsa felicitate blandiens sublimis in aëte volitare videatur , in omni malorum miser voluntatur barathro. Oremus ergo clementissimum Christum , non pro se quisque tantum , verum etiam quisque pro quolibet , ne pertinacem imitemur Judam : sed propere complectentes oblatam gratiam , per pœnitentiam & misericordiam rursus reparemur ad gloriam.

De amputata Malchi auricula.

Quum Apostoli prius audissent Christum ea , quæ jam videbant , prædicentem eis : quamquam tristitia & mædere sunt affecti , multo tamen languidius accepertunt rem , quam nunc accipiunt , ubi præsentem vident oculis suis subjici. Nam ubi cohortem totam conspiciunt adesse , eamque se fatentem etiam Jesum Nazarenum querere , non relinquebatur ambigendi locus , quin eum quererent , ut comprehendenderent. Quoniam ergo viderent , quod futurum erat : multa simul velut tumultu quodam subito subierunt animos , solicitude de Domino , quem amabant metus de seque quibus metuebant , denique magnifici illius promissi verecundia , qua quisque pollicitus est , moriturum se potius , quam à Magistro deficeret. Sic eos in diversum distrahunt , amor Magistri ne fugiant , lui timor ne maneat , mortis metus ut avolent , promis-

si pudor , ut restinent. Adhæc meminerant eadem nocte Christum dixisse ut , quum ante a ventus eorum quemquam secum vel virginem ferre , quæ se defendenter , nunc , qui non haberet gladium , etiam tunicam venderet , quæ gladium emeret. Et quanquam cohortem Romanam cernerent præter Judæorum globum contra se stare confertos omnes instructos armis , unde magnus ingerebatur metus , se vero duntaxat undecim eosdemque tam inertes , ut præter duos nullus haberet gladium , nisi fortassis escarium. Memores tamen quum dixissent Christo: Ecce duo gladii hic , Christum respondisse: Sufficit , non intellesto tantæ rei mysterio , subito quodam imperu Christum rogant , velletne ab illis defendi gladio dicentes: Domine , si percussimus gladio ? Cæterum Petrus affectu præfer- **Matth. 27.** vidus non expecto responso educit gladium **Luca 23.** & in servum Pontificis vibrans istum dextram absiudit auriculam , sive quod is ei forte sterit proximus , sive quod inter cæteros ferocius efferebat se. Et omnino videtur fuisse quispam improbitate notabilis : nam Evangelistæ commemorant servum eum fuisse Pontificis summi Sacerdotis & Sacerdotum Principis. Maxima quæque dominus servis est plena superbis , ut ait Satyricus , & rei usu discunt homines , ubiq , gentium Satraparum servos Dominis etiam suis superbius ferocire. Iustum autem ut sciremus in aliquo esse loco apud Pontificem tanto videlicet insigniore superbia , protinus adjungit Johannes & nomen. Erat (inquit) nomen servo Maichus , quam rem non passim & temere tollerat Evangelista facere. Hunc ergo ego nebulonen puto ferociter iagerentem se Petro movisse itomachum , ut ab illo potissimum auspicaretur processurus strenue : si non gliscentem ejus impetum Christus cohibuerit. Nam ille protinus & prohibuit cæteros , & Petri zelum arguit impotentem , & abscessam homuncionis auriculam restituit : ut qui non fugere mortem venerat , sed subire , nec si alio esset animo , talibus egeret auxiliis. Quod quod testatus reddebet , primum cæteris ad rogata responderet. Sintenque huc. Adhuc paulisper sinte. Nam & ego qui simul omnes uno verbo prostravi , tamen , ut videtis , omnes permisi surgere , ut peragant in præsenti quod volunt. Adhuc igitur quos ego sano , & vos sinte. Fururum est autem brevi , ut eos in me quicquam posse ipse non sinam amplius , ne nunc quidem interim vestris auxiliis egens. Cæteris ergo solum illud respondit : Sinte usque huc. In Petrum vero seorsum versus. Mitte (inquit) gladium in locum suum , perinde ac si diceret : Neq; gladiis ego defendi volo , & te in eam delegi sorte , ut non tali gladio te pugnare velim , sed gladio verbi Dei. Gladius ergo ferrens , in locum suum velut in vaginam , contra maleficos reponatur in manus mundanorum Principum. Vos qui mei gregis estis Apostoli , alium habetis præterea ferreo quovis gladio longe plus formidabilem , ut per quem ejectus ex Ecclesia , hoc est , ex meo corpore mystico putre membrum

præcisus impius interdum Satanæ traditur in interitum carnis, ut spiritus fiat salvus, animo scilicet si sit sanabili, ut in meum corpus denuo inseri possit & coalescere: nonnunquam verò laborans morbo desperato (ne lanos lœdat contagio) in animæ quoque mortem invisibilem mittitur. Sed tantum abest, ut ferreo isto gladio vos grastati velim (cui vaginam cognoscite prophanos Magistratus idoneam) ut ne spiritalem quidem gladium hunc, cujus ad vos usus pertinet, frequentius exerendum censem: sed verbi gladio rem gerentes strenue (cujus iactus in scalpellī morem pus educat vulneretque salubriter) alterum illum gravem & pericolosum excommunicandi gladium, nisi quem eximi postular urgens & horrenda necessitas aſſervare volo in clementiæ vagina reconditum. Ad reliquosigitur Apostolos verbis contentus tribus, quippe vel temperatores Petro, vel tepidiores: illius effervescentes & effrænes impletus temperat & compescit pluribus. Nam non solum jussi gladium reponere, sed etiam causas adjunxit, cur zelum ejus quanquam pium, tamen non approbat. Calicem, inquit, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? Christus olim prædictis Apostolis, quia oportet eum ite Hierosolymam & multa pati à Senioribus & Scribis & Principibus sacerdotum, & occidi, & tercia die resurgere. Et assumenseum Petrus cœpit increpare illum dicens: Absit à te Domine, non erit tibi. Qui cōversus dixit Petro, Vade post me Satanæ, quia non sapis ea quæ sunt Dei. Ecce, quām severe Christus hic redarguit Petrum. Cui paulò ante confidenti eum esse filium Dei, dixerat: Beatus es Simon Bar Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi: sed Pater meus, qui in cœlis est: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiæ meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves cœlorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c. hic eum repellit quodammodo & post tergum rejicit, & scandalum esse sibi pronuntiat, & appellat Satanam, & negat eum sapere, quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Et cur hæc omnia? nempe quia mortem hanc ei dissualit, quam mortem tunc ostendit oportere sequi & irrevocabiliter sua sibi voluntate decretam, atq; ideo non solum nollebat eam ab ipsis interpellari, sed eos etiam volebat eadem se via sequi. Si quis, inquit, vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Nec adhuc eo contentius ultiō pergit ostendere, quod si quis, quam res posceret per mortem se sequi, refugeret, non vitaret mortem, sed in mortem multo deteriorem incideret: contra vero qui vitam impenderet, vitam non perderet, sed pro vita longe vitaliore mutaret. Qui enim inquit, voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam proprie me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam

Matt. 16.

Pettus cœpit increpare illum dicens: Absit à te Domine, non erit tibi. Qui cōversus dixit Petro, Vade post me Satanæ, quia non sapis ea quæ sunt Dei. Ecce, quām severe Christus hic redarguit Petrum. Cui paulò ante confidenti eum esse filium Dei, dixerat: Beatus es Simon Bar Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi: sed Pater meus, qui in cœlis est: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiæ meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves cœlorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c. hic eum repellit quodammodo & post tergum rejicit, & scandalum esse sibi pronuntiat, & appellat Satanam, & negat eum sapere, quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Et cur hæc omnia? nempe quia mortem hanc ei dissualit, quam mortem tunc ostendit oportere sequi & irrevocabiliter sua sibi voluntate decretam, atq; ideo non solum nollebat eam ab ipsis interpellari, sed eos etiam volebat eadem se via sequi. Si quis, inquit, vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Nec adhuc eo contentius ultiō pergit ostendere, quod si quis, quam res posceret per mortem se sequi, refugeret, non vitaret mortem, sed in mortem multo deteriorem incideret: contra vero qui vitam impenderet, vitam non perderet, sed pro vita longe vitaliore mutaret. Qui enim inquit, voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam proprio me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam

dabit homo communionem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera ejus.

Sum fortassis hoc loco longior, quām sit necesse. Sed quem quæſo, non ultra causam (quod ajunt) verba ista Christi tam severa, tam minacia, rursusque in æternæ vitæ spem tam efficacia producerent? Cæterum (quod ad præsentem locum pertinet) ex his verbis videmus graviter hic admonitum Petrum, ne zelo suo ad impediendam Christi mortem amplius abutetur. Attamen ecce de integro, quam tunc tantum verbo viſus est diſuadere, nunc aggreditur eodem zelo feroci pugna depellere. Sed Christus tamen quia malum quod fecit Petrus, fecit affectu bono, simul quia tendens ad Passionem undiqueſe gessit humiliter, arguere nobebat acciter: sed primum ratione corripuit, dein denunciatione peccati, postremo verò declaravit etiam, quām non egebat aut ab illo defendi (si morinollet) aut ullo mortali præludio, neq; enī defuturum Patrem, si vellet, hoc ipse petere, qui aduersus homunciones istos, qui eum capturi venerant, periclitanti ſibi validam & invictam aciem Angelos ē cœlo mitteret; Primum igitur (ut dixit) feriendi zelum obiecta ratione reverberat. Calicem, inquit, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? Tota vita mea fuit hactenus obedientiæ forma & exemplar humilitatis. Quid frequentius docui, quid efficacius: quam parendum Magistrati, Exod. 20. bus, honorem deferendum parentibus, reddenda Cæſari, quæ sua sunt, & quæ sunt ſua Deo: & nunc quum absolvendum est opus meum, & ſumma tandem manus admovenda: telam illum pulcherrinam, quam tam diu texui, tu me vis ſcilicet rejeſto calice, quem Pater porrigit, illicet totam retexere & filium hominis, Patri non obedire Deo? Deinde Petrum docet, peccatum esse percucere gladio, atque id exemplo docet legum etiam ſecularium. Omnes enim (inquit) qui acceperint gladium, gladio peribunt. Si quis enim absq; legitima potestate vel gestare gladium deprehenderetur occidendi hominis cauſa. Romanis legibus, quibus jam & Judæi ſuberant, eo fere loco habebatur, quo is qui occidiffet. Quanto igitur adidaccedit propius, qui & educit & percutit? Neque enim tum Petrum putaverim in trepidâ illa conſernatione tam circumſpectum: ut de industria viato Malchi capite ipsam tantum collimauit auriculam, ut non occideret ſcilicet, ſed perterreſaceret. Quod ſi quis forte contendat, cuiquam eſſe licitum adhibita etiam vi, grallatores noxiuos ab innocentie depellere: longiorem ea res diſquisitionem poſtulat, quām hic locus comodè poſſit ferre. Ceterè quanquam affectus in Christum pius fecit, ut Petrus perculerit excusatiū: legitimam tamen ei defuisse pugnandi potestatem, abunde declarat illud, quod olim Christus eum tam levere monuerat: ne Paſſionem ejus & mortem non ſolum nulla vi, ſed ne verbo quidem niteretur impediſſe.

Post hæc ex eo quoque Petri retundit imperium, quod ejus defensionem docet rem esse supervacanam.

An putas (inquit) quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?

Desua potestate subicit, de Patis in se favore gloriatur. Si quidem dum ad mortem tenderet, noluit de semet loqui sublimia, neq; tum prædicare cum Patre sibi potestatem parem, sed ut declararet neque Petri se neque mortalis cuiusquam auxiliis indigere, auxilium cœlitum indicat (si vellet poscere) præsto futurum protinus ab omnipotente Patre. An putas (inquit) quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Perinde ac si diceret: Si id te docere non potest auxilio tuo non egere me, quod totam turbam hanc (adversus quam si me sperares tuis te viribus posse defendere, misericorditer insanires) oculis me vidisti tuis, absque tactu, sola voce prostertere: at recognita saltem tecum, cujus meum filium esse confessus es, quum querenti mihi: Vos quem me esse dici-

Matth. 16. tis, è cœlo doctus illico respondisti: Tu es Christus filius Dei vivi. Ergo quum Deime filium esse, ipsius revelatione cognoscis, quumq; nescire non possis, mortales parentes tuis suis non deesse: putas quod si mortis mea sponte non vellem, cœlestis Pater meus vellet deesse mihi? Putas, quod si id vellem rogare, non esset exhibitus mibi plusquam duodecim legiones Angelorum: nec id procrastinaturus, sed repræsentaturus modo? Adversus quot legiones Angelorum quo modo posset consistere miseraista cohors homuncionum? qualium legiones decies duodecim non auderent in unius Angeli vultum iratum respicere. Post hæc rursus Christus ad primum revertitur, ut in quo præcipua vis negotii vitteretur.

Quomodo ergo (inquit) implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?

Plenæ tunt Scripturæ vaticiniis de Christi morte, plenæ Passionis ejus & redemptionis humanæ mysteriis, quæ non nisi Christi Passio ne futura fuit. Ne Petrus ergo aut alius unquam quisquam tacite sic missaret secum: Si potes Christe tot à Patre legiones impetrare, quare non petis? ait: Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? Quum ex Scripturis intelligas unam hanc esse viam justissima Dei sapientia decretam, qua genus humana num perditam instauretur ad gloriam: si ego nunc rogarem efficaciter, ut morti me Pater eriperet, quid aliud facerem, quā id ne fieret, niteret, quod facturus venieram. Nam Angelos propugnatores è cœlo devocare mihi, quid aliud fuerit: quam totum genus humanum (quod venio redempturus in cœlestem gloriam) è cœlo proflus excludere? Non ergo nunc adversus Judæos impios gladius depugnat tuus, sed impugnat potius universum genus humanum: quando Scripturas impleri vetas, & calicem, quem dedit mihi Pater (quo naturæ la-

bem ipse labis expers & immunis expurgem) non vis ut bibam illum. Sed nunc vide mutissimum Christi pectus, qui non satis habuit persecutentem compescere: sed ut nobis daret exemplum reddendi pro malo boni, decussam persecutoris auriculam tetigit ac restituit sanam. Nullum, opinor, corpus tam plenum est anima sua, quam sacræ Scripturæ litera spiritu libus plena mysteriis. Siquidem ut nullam in corpore partem datur tangere, cui non inest anima, quæ vitam sensumq; præbet particulæ: sic nulla est in Scriptura tota tam crassa & corporea (ut ita loquar) historia, quin spirituali vivat animata mysterio. Non est ergo quod in aure Malchi præcisa Pettigadio rufusque Christi manu restituta solam spectemus historiam (ex qua tamen ipsa possumus salutaria documenta discere) sed inspiciamos præterea velatum sub historiæ litera salutare Sacramentum spiritus. Malchus igitur quum in Hebraïa lingua significet, quod in Latina Rex: rationem nobis non absurdè figurat. Ratio enim tanquam Rex regnare debet in homine, regnatque vere, quum in obsequium fidei te capiuvans Deo servit, cui servire, regnare est. Potifex vero qui cum sacerdotibus iuis, cum Pharisæis & Scribis & Senioribus populi deditus erat superstitionibus pravis, quas cum lege Dei mitteuerat, & prætextu pietatis oppugnabat pietatem, & veræ religionis autem studebat amoliri: rectè nobis repræsentant cum suis sequacibus, impios hæresiarchas pestiferæ superstitionis antithites. Rationalis igitur animus quoties adversus veram Christi fidem insurgens femet addicit hæresibus: fugitivus Christi, hæresiarchæ servus efficitur, cuius errores devios à dæmone seductus insequitur. Is ergo sinistram servans quasi sinistras auscultat hæreses, qua fidem audire vetam debet, dextram perdit auriculam: sed non eodem affectu semper, nec semper effectu pari. Interdum enim animi destinata malitia quidem se vertunt ad hæreses. His auricula non impetu præscinditur, sed mora tensimque dialbo suum virus inspirante putreficit, & concretis parulentis partibus (ne quid intus penetrate possit boni) θρόμβως meatus obturatur. Tales, heu miseri, vix unquam redduntur integri. Partes enim quas cancer depascens excedit: funditus interierunt, nec restat, quod reponatur quidquam. Auricula vero subito præcisa impetu, quæ non latis circumspetto zelo tota rotatur in terram, designat eos, qui quodam affectu repento vieti falla veri specie avertuntur à vero, quidam etiam decepti bono zelo, quæ de re loquitur Christus: Erit tempus, quum omnis qui vos perle quitur, arbitretur obsequium le præstare Deo.

Taliū typum Paulus referebat Apostolus; Quidam vero terrenis affectibus interturbata mente aurem à cœlesti doctrina præcisam jactare patiuntur in terra. Sed talium miseriam saepè miseratur Christus, autemque subito impetu aut in expenso zelo decussam sua manu tollit de terra, capitique suo tactu regutinat, & auscul-

tandæ doctrinæ veræ rursus reddit idoneam. Scio ex hoc uno loco per antiquos Patres, dum alius aliud reperit, Sancti Spiritus adjuvante gratia eruta diversa mysteria: sed mihi propositum non est omnia recensere, quæ res historiæ seriem hiatu nimio diduceret.

Dixit autem Iesus ad eos qui venerant Principes sacerdotum & Magistratus templi & seniores: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: quum quotidie fuerim vobis sum in templo, & sedebam docens, & non me tenuistis. Sed hac est hora vestra & potestas tenebrarum.

Dixit ista Christus ad eos, qui venerant principes Sacerdotum & Magistratus templi & Seniores. Sed hic non nullis injicit scrupulum, quod Lucas Evangelista commemorat Iesum hæc ad Principes sacerdotum & Magistratus templi & Seniores populi dixisse: quum reliqui Evangelistæ sic rem recenseant, ut non ipso quidem venisse, sed cohortem scribant & ministros misisse.

Hunc nodum ita solvunt aliqui, quod Iesus illis quidem dixit, quum eis diceret, quos illi misserant, sic enim solent & Principes inter se per Legatos loqui, & privati passim per internuntios. Ita Domino dicimus, quicquid ejus ad nos ministro missio narramus, quod illi narratum sibi, vicissim renuntient hero. Ego certè (quanquam hoc responsum non improbo) libenterius tamen illorum accedo sententiæ, qui sentiunt Christum ista communis principibus Sacerdotum, Magistratis templi & senioribus populi ore ad os locutum. Lucas enim non ait: Christum hæc ad omnes Sacerdotum principes neque ad omnes templi Magistratus, nec ad omnes populi seniores hæc dixisse: sed ad eos tantum, qui venerant. Quibus verbis apertere satis videtur indicate, quod quanquam ab universis pariter collectis in concilio cohors & ministri ad comprehendendum Christum, communi nomine destinati sunt: ex omni ramen ordine ram Seniorum, Pharisæorum, quam Principum aliqui venerunt simul, quæ sententia cum Luç verbis adamissim congruit, & ex Evangelistis reliquis, nullius narrationi repugnat. Principes ergo Sacerdotum, Pharisæos & Seniores populi compellans Christus, tacite commonet eos, ne suis ipsorum virtibus aut solertia deputarent, quod cum tum comprehendenderent: neve tanquam re callide & versutè gesta (quod infelicitate felices in malo solent) stolidè gloriarentur. Non enim ipsorum stulte commentas machinas (quibus veritatem laborabant opprimere) contra ipsum potuisse quidquam promovere: sed profunda Dei sapientia provisum & statutum tempus, in quo princeps hujus mundi, generis humani male partam prædam, dum per nefas retinere studet, falsus, per fas amitteret. Nam alioqui docet Christus, quam nihil opus fuerat præditoris operam emere, noctu venire cum lateinis & facibus, cum cohorte globatos aggredi, gladiis armatos & fustibus, quem toties poterant absque sumptu, sine labore, nulla noctis vigilia,

nullo armatum strepitu, sedentem & docentem in templo comprehendere. Quod si gloriantur secum velut providenter ab ipsis re disposita, dicantque (quod Christus ostendit fuisse facile) valde fuisse difficile, nec potuisse confici, nisi magno cum periculo propter tumultum populi: bona pars ejus discriminis nuper emiserat resuscitato Lazaro. Nam prius haud Joh. II. semel ulu venerat, ut quanquam propter virtutes amaretur admodum & valde suspiceretur à populo: tamen qui capere eum conabantur & occidere, adeò non fuerint à turbis in periculo: ut nisi ipse tua potestate per medium illorum pertransisset, turbam viderentur socios habitu facioris, tam incertum est semper & in deteriorius illico pronum vulgus. Denique quām facile contemni possit populi in quenquam favor, & inde constringens metus, paulo post evenitus docuit: quum simul atque captus est, populus non ante clamavit alacrius: Benedictus Matth. 21. qui venit in nomine Domini, & Olanna in ex. Matth. 22. celsis, quam tum furius exclamavit contra: Tolle, tolle: crucifige eum. Igitur ad id usque tempus fecerat Deus, ut qui eum capere cupiebant, vanos sibi metus fingerent, & ibi trepidarent timore, ubi non erat timor: nunc vero, quum venisset tempus idoneum, quo mortales universi per unius acerbam mortem redimerentur (quotquot id vere vellent) ad æternæ vitæ dulcedinem, stolidi sibi videbantur homunculi callido id curasse consilio, quod omnipotentis Dei providentia (sine qua nec passer cadit super terram) misericors ab æterno præscriperat, Quod ut ostenderet eos stulte facere, scirentque adversus eum nec præditoris fraudem, nec ipsorum callide structas insidias, nec Romanorum robur nisi se permitente quidquam potuisse proficere, inquit. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Quæ Christi verba ratione valida, Mattheus Evangelista confirmans. Hoc autem totum (inquit) factum est, ut adimplerentur Scripturarum Prophetarum. Ubiq; scacent apud Prophetas vaticinia de morte Christi: Tanquam agnus ad occasionem ductus est, & non est auditus in plateis clamor ejus. Foderunt manus meas & pedes meos. Hisplagatus sum in domo eorum, qui me diligebant. Et eum ini quis deputatus est. Vete languores nostros ipse portavit. Livore ejus sanati sumus. Ab ini quisitatibus populi mei ductus est ad mortem. Pleni sunt Prophetæ de Christi morte prædictionibus apertissimis, quæ quom frustrandæ non essent: consequens erat, non tam ab humano tem pendere consilio, quam ab ipso, qui iustus ab æterno præviderat, præordinataque futurum (à Patre videlicet Christi, pariterque ab ipso Christo & Sancto utriusque Spiritu, quorum trium opera sempiterna conspirant in unum: ut nullum sit extrinsecus unius opus ex illis, quod non ex æquo sit omnium trium) provisa & præscripta maximè congrua perimplendi tempora. Pontifices ergo & Sacerdotum Principes, Scribæ, Pharisæi & Seniores populi, denique Magistratus omnes

Esaie 53.

Acto. I.

execrabilis & prophani, quum se regnare gloriantur in consiliis suis, quod tam callide Christum caperent: nihil fecerunt aliud quam amentes & cæci malitia magno cum malo suo, magno cum aliorum bono in Christi mortem momentaneam, in generis humani vitam felicitatem, in Christi semper duraturam gloriam optimæ & indeclinabili omnipotentis Dei voluntati, non Patris modo & Sancti Spiritus, sed patiter etiam Christi nescientes & ignari sedulo subservierunt. Ait igitur illis Christus: Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Ante hac quum me valde odieris, quum perdere valde velleris, quum (nisi vetuisset potestas, quæ de cœlo est) minore negotio potuissetis: tamen adeo menon tenuistis in templo, ut nem manum quidem in me extenderitis. Quid ita & nimis quia nondum tempus & hora venerat, non quam cœlestia sydera, non quam vestra soletaria, sed quam Pater meus incribili consilio, non absque mea ipsius voluntate prescriperat. Quæritis quando? Non ab Abraham temporibus, sed ab æterno. Nam ab æterno apud Patrem, antequam Abraham fieret, ego sum. Hæc est igitur hora vestra & potestas tenebrarum. Hæc est brevis hora permissa vobis, & potestas indulta tenebris, ut quod haec tenus facere permitti non estis in luce, nunc harpyæ, bubones, striges, vespertiliones, nyctoraces & noctuæ, stygæ paludis aviculae, rostris unguibus, dentibus & clamore stridulo tumultantes in casuum me involetis in tenebris. In tenebris estis, quum mortem meam viibus vestris efficitis. In tenebris erit & præses ipse Pilatus, quum se glorietur habere potestatem vel dimittendi vel crucifigendi me. Etenim quam gens mea & Pontifices mei me tradituri sunt ei: non haberet tamen potestatem adversus me ullam, nisi datum ei fuerit desuper. Atque ideo qui me tradent illi, majus peccatum habent. Sed hæc est hora & potestas brevis tenebrarum. Et qui vadit in tenebris, nescit quo vadit, neque vos videtis, neque scitis quid facitis, eo que precabor & ipse, ut quod in me designatis, ignoratur vobis. At non ignoscetur omnibus, nec omnes excusabit cæcitas. Nam ipsi vobis tenebras facitis, ipsi lumen extinguitis, ipsi primum vobis, post & aliis oculos ambos effoditis, ut cæcos cæci ducatis, donec ambo cadatis in toveam. Hæc est brevis hora vestra, hæc est amens & impotens potestas tenebrarum, qua nunc armati comprehendetis inerniem, truculenti mitem, nocentes innocuum, proditor Dominum, homunciones Deum. At non in me duntaxat vobis nunc, sed & in discipulos meos alios adversus alios præsidibus dabitur & Cæsaribus hora similis & potestas tenebratum brevis, potestas verè tenebrarum inquam. Nam ut mei quæ perferent, aut quæ loquentur, nec suis perferent viribus, nec loquentur ex te, sed viribus vincentes meis in patientia sua possidebunt animas suas, & spiritus erit Patris mei, qui loquetur in illis: ita qui tribulabunt & occident eos, nec facient

quidquam, nec loquentur ex se: sed princeps tenebrarum qui jam venit, & in me non habet quidquam, in illorum tyrannorum & tortorum pectora, suum virus inspirans suas vires ad breve permissum tempus exercent, exercebitque per illos. Atq; ideo comilitonibus meis non erit colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitæ in cœlestibus. Sic Nero nasceretur, in quo tenebrarum princeps occidet Petrum, illique adjunget (qui adhuc contra me spirat) nondum Paulum. Sic alii Cæsares & eorum praesides adversus alios ex meo gregè discipulos per tenebrarum principem. Sed quum fremuerint gentes, & populi meditati sint inania, quum altiterint reges terræ & principes in unum convenerint adversus Dominum & adversus Christum ejus, vincula conantes dirumpere, & à se jugum perquam suave projicere, quod in eorum cervicosa colla per pastores suos pius imponet Deus: qui habitat in cœlis, irtide- psal. bite eos, & Dominus subflannabit eos. Quid fedet non (ut terreni principes) in curruli sella pedes paucos elevatus à terra: sed qui ascendit super Occulum, qui sedet super Cherubim, cui Psal. sedes cœlum est, cui terra scabellum pedum Esa. ejus est, dominus nomen illi. Ille Rex regum est, & Dominus dominantium, Rex terribilis, Apoc. qui auferit spiritum principum. Hic loquetur ad eos in ira sua, & in futuro suo conturbabit eos. Constituet Christum filium suum, quem hodie psal. genuit, Regem super Sion montem sanctum suum, montem qui non commovebitur. Pedi. psal. bus ejus tanquam scabellum subjiciet omnes i. Co inimicos ejus. Qui conabantur ejus vincula rumpere & jugum à se projicere, invitos reget eos in virga ferrea & tanquam vas figuli con- psal. fringet eos. Adversus eos, & eorum instigato- rem tenebrarum principem, discipuli mei confortabuntur in Domino, & induiti armaturam Eph. Dei, succincti lumbos suos in veritate, induiti loricae justitiae, calceati pedes in præparatio- nem Evangelii pacis, sumentes in omnibus scutum fidei & assumentes galeam salutis & gla- dium spiritus, quod est verbum Dei, virtute in- duentur ex alto, stabuntque adversus insidias Diaboli, sermones videlicet mollitos, quos per ora persecutorum proferet, ut eos per blandi- tias à via veritatis avertat, adversus apertos in- fultus Satanæ in die malo resistent, ignea omnia nequissimi Satanæ tela per satellites ejus immis- Eph. sa fidei scuto circundati, effusis in oratione la- chrymis & exundante sanguine in agone Pas- Luc. sionis extinguent: eo que modo cum crucifixu me secuti devicto tenebrarum principe Diabo- lo, suppeditatis Satanæ terraeis satellitibus, tri- umphali curru sublimes, pompa mirabili Mat- tyres intrabunt cœlum. At vos, qui malitiam nunc exercetis in me & vestram imitatura ma- litiam pestilens posthac progenies & vipera- rum genimina (qui simili malitia sine peniten- tia gravabuntur in meos) æterna cum infamia detrudemini in ardore tenebrosos tartari. Sed interim

Johan. 19.

tunt ei: non haberet tamen potestatem adver- sus me ullam, nisi datum ei fuerit desuper. Atque ideo qui me tradent illi, majus peccatum habent. Sed hæc est hora & potestas brevis tenebrarum. Et qui vadit in tenebris, nescit quo vadit, neque vos videtis, neque scitis quid facitis, eo que precabor & ipse, ut quod in me designatis, ignoratur vobis. At non ignoscetur omnibus, nec omnes excusabit cæcitas. Nam ipsi vobis tenebras facitis, ipsi lumen extinguitis, ipsi primum vobis, post & aliis oculos ambos effoditis, ut cæcos cæci ducatis, donec ambo cadatis in toveam. Hæc est brevis hora vestra, hæc est amens & impotens potestas tenebrarum, qua nunc armati comprehendetis inerniem, truculenti mitem, nocentes innocuum, proditor Dominum, homunciones Deum. At non in me duntaxat vobis nunc, sed & in discipulos meos alios adversus alios præsidibus dabitur & Cæsaribus hora similis & potestas tenebratum brevis, potestas verè tenebrarum inquam. Nam ut mei quæ perferent, aut quæ loquentur, nec suis perferent viribus, nec loquentur ex te, sed viribus vincentes meis in patientia sua possidebunt animas suas, & spiritus erit Patris mei, qui loquetur in illis: ita qui tribulabunt & occident eos, nec facient

Matt. 10.

interim vobis permisum est vestram exercere & exerceere potentiam: qua ne nimium tamen gloriemini, memineritis eam breviter finiendam esse: non enim sempiternum seculum est, quod vestra libidini permittitur: sed instar horae brevis propter Electos tempus abbreviatum, ne ultra tentarentur, quam possent ferre. Igitur non diu futura, non diu duratura est hora haec vestra & potestas tenebrarum, ut quæ tantum praesentis locum obtinet quod semper est instantaneum: quippe quod & praeteritum perdidit & futurum non attigit. Hac igitur hora vestra quæ tam brevis est, nequid inde vobis pereat, protinus abuti pergit: & quia me ad perendum queritis, quod facitis, cito facite, me statim comprehendite: sed sinite hos abire.

Tunc Discipuli reliquo eo omnes fugerunt.

Velex hoc loco facilè possis perpicere, quam acclivis & ardua virrus patientia est. Multi si quidem animos inducunt suos, ut mortem fortiter indubitata maneat, modo ferientes licet referire & illatis vicissim vulneribus animo morem gerere: cæterum adempto prorsus ulciscendi solatio mortem tam patienter ferre, ut non modo non referias, sed ne pro verbere quidem verbum iratum referas: id demum certe virtutis excelsa tam sublime fastigium est, ut nec Apostoli adhuc tam firmi fuerint, ut eo sufficerint ascendere. Nam & hi (in memores nimurum magnificè se pollicitos morituros potius cum illo, quam detecturos) eosque saltē perdurarunt, ut si daretur discriminando cadere, mori se paratos omnes profiterentur. Petrus vero ipsa etiam re (edito in Malchum specimine) declaravit. At posteaquam Servator nec pugnandi licentiam, nec repugnandi potestatem dedit, reliquo eo omnes fugerunt.

Mihi quidem aliquando dubitare subiit, quum Christus ab oratione divertens Apostolos inviseret, inveniretque dormientes, utrum ad utramque classem se contulerit: an ad eos duxerat, quos longius provexerat, ac sibi locerat proximos. Verum nunc nihil prorsus dubito, quin omnes fugerint, qui dormierunt, quum haec Evangelistæ verba considerio, quod eo reliquo omnes fugerunt. Quum enim vigilare debebant & orare (quod toties eos monuit Christus) ne intrarent in temptationem: dormiendo dederunt tentatori locum, ut nutantes & incogitantes eorum voluntates vel ad pugnandum vel fugiendum, quam ad patientium patatores faceret: atque ideo relinquentes eum omnes fugerunt, impletumque est illud Christi verbum: Omnes vos hac nocte scandalum in me patiemini. Et simul illud Prophetæ vaticinium: Percutiam pastorem, & dispergerent oves gregis.

Zachariæ 13. Adolescens autem quidam sequabatur eum amicus syndone super nudo, & ille rejecta syndone nudus profugit ab eis.

Adolescens iste qui fuerit, pro certo non est competum. Sunt qui putent Jacobum fuisse illum, qui vocabatur frater Domini, quicquid; Justi cognomine insignitus est. Alii Johannem aut-

mant Evangelistam, qui Domino semper amore quodam præcipuo dilectus est, & quem adhuc adolescentiam non excessisse, vita ejus argumentum facit tam multos annos post Christi mortem superstis. Defunctus est enim (Hieronymo teste) anno post Passionem Domini octavo supra sexagesimum. Non desunt tamen ex antiquis scriptoribus, qui adolescentem hunc fuisse scribant nullum ex Apostolis, sed quendam è ministris illius familie, in qua Christus ea nocte celebrarat Pascha. Et ego certe sic sentientibus facilius inclinor ut assentiam. Nam (ut omittam quod mihi non videtur verisimile, Apostolum pro vestitu, sola ulrum syndone præsertim sic distincta, ut subito posset abjici) movet me in eam partem ipse contextus historiarum, tum verba ipsa narrantis. Siquidem ex his qui censem, eum fuisse aliquem ex Apostolis, præcipua pars inclinat in Johannem. Sed id ne mihi videatur admodum probabile, ejusdem Johannis haec verba faciunt.

Sequebatur autem Jesum Simon Petrus & alius discipulus, Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stebat ad ostium foris. Exiit ergo Discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiaria, & introduxit Petrum.

Qui scribunt fuisse beatum Evangelistam, qui Christum sequens quum prehenderetur, effugit: in eo nonnulli hærent, quod abjecta syndone profugit nudus, quæ res pugnare videbatur cum his quæ consecuta sunt: nempe quod in atrium Pontificis introierit, quod Petrum introduxerit (nam hunc fuisse Evangelistam omnes consentiunt) ac demum securus sit usque ad locum crucis, crucifixo denique cum Christi matre dilectissima virgo putus cum virginem purissimam pariter astiterit, sibiq; ab ipso commendatam accepit deinceps in tuam, nec dubium quin hoc toto tempore atque his locis omnibus amictus indumento, Christi enim fuit, non Cynicæ lectæ discipulus, coque tametsi prudentia satis eum docuit, non esse refugendam corporis nuditatem, sicubi res eam flagitet aut exigat necessitas: tamen ut gratis ultra prodiret nudus in conspectum publicum, virginem opinor non est passus pudor. Sic igitur ex hac angustia se explicant, ut dicant, eum alio divertisse interea & se vestivisse denuo. Quia in re non decrevi contendere, sed mihi tamen non sit verisimile, præsertim quum hic eum videam perpetuo securum cum Petro, & cum Iesu simul introisse in domum Anna, qui locer erat Pontificis. Cæterum ut his accedam, qui adolescentem hunc nullum ex Apostolis esse centent, sed quendam è ministris divertiorum, illud me valde commoveret: quod Evangelista Marcus fuga dilapsos Apostolos & restantem tamen hunc adolescentem sic inter se connectit. Tunc Discipuli ejus reliquentes eum omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum. En, Apostolos aufugisse dicit, non quendam, sed omnes: manifeste vero securumque Christum non ex Apostolis quenquam (quippe qui

pe qui jam omnes fugerant) sed adolescentem quendam, hoc est (ut videretur) ignotum: cuius nomen aut ignoravit, aut commemorare non censuit opera pretium. Hic igitur adolescentis ut mihi quidem videtur & antea permotus Christi fama, & nunc dum discubentem cum Discipulis inferret esculenta praesentiam contemplatus, arcano tactus afflatus Spiritus imbibit charitatem, deinde studio veræ pietatis illectus ex euentem foras à cena paulo fortasse longius ab Apostolis, sed cum Apostolis tamen consecutus est, reseditque & surrexit cum illis, denique superveniente turba simul se cum illis imiscuit. Super hæc quum illos omnes inter torpentum manus militum suos quenquam terror abstulisset: hic adolescentis eo fidentius ausus est manere, quod amorem suum meminerat, quo ferebatur in Christum nondum cuiquam cognitum. Sed quam difficile est dissimilare, quum ames? Adolescentis hic quanquam jam illorum immixtus turbæ, qui Christum habebant odio: tamen ita semet passu, gestu quoque prodidit, ut omnibus palam fecerit, Christum deterrum à ceteris, non animo persequendi se, sed obsequandi. Quum igitur advertissent tandem, reliquos omnes ex Christi comitatu fugisse, in unum hunc quem restitisse vident, Christumq; adhuc autem sequi, rapide conjiciunt manus. Quæ res mihi satis manifestum facit, idem in Apostolis omnes decrevisse eos, sed attonitos amississe subito, ne frustraretur illud quod Christus præcipiendo prædixerat: Sinite hos abiisse. Quod verbum Christus non ad solos pertinere volebat Apostolos, quos elegerat, quanquam ad illos voluit pertinere præcipue, sed quo benignitas ejus porrigeretur uberior, ad hunc adolescentem voluit id pecuniere præterea, qui non accersitus in sanctum comitatum suum sua sponte subsecutus iri sperat. Atque hoc pacto Christus & magis exerebat occultam potestatem suam, & magis prodidit imbecillitatem turbæ, quæ non solum amisit improvidens undecim, quos abire gravatim ferret: sed ne unum quidem adolescentem omnes retinere poterant, cui & manus injecabant, & quantum licet conjectura consequi, agmine suo vallaverant: nam & tenuerunt eum, & ille rejecta syndone nudus profugit ab eis. Neque certè quidquam dubito, quin ut Christum ea nocte subsecutus est: nec nisi post fuga digressos Apostolos ultimus avelli potuit, idque injectis manibus & rigide facta vi: sic ubi primum aperuit se occasio, in Christi gregem redierit, modoque cum Christo vivat in sempiterna gloria, ubi Deum precor speroque fore, ut aliquando vivamus cum illo: tum quis fuerit, ab ipso cognoscemus, multaque ejus noctis alia, quæ scriptis comprehensa non sunt, summa cum suavitate pernotcemus exactius. Interea quo turius ac facilius illuc nobis iter fiat, haud quaquam parum proderit, si ex discipulorum fuga, priusquam prenderentur, & hujus adolescentis effugio, postquam prehendus est, anima nostræ confilia salutaria de-

cerpentes viaci vice nobiscum portemus in via. Admonet enim nos antiqui Patres Ecclesiæ, ne quisquam nimium suis consilii virtibus ultro semet temerè intrat in peccandi periculum. Quod si qua forte quispiam in eum locum venerit, ubi tentit impendere discrimen, ne contra Deum vi cogatur offendere: faciat, quod hic fecerunt, qui captionem fuga prævenierunt. Nec tamen hæc è dicta sunt, ut Apostolorum fuga laudetur, utpote quoniam Christus etiæ imeticors indulserit eorum infirmati: tam longè tamen abest, ut laudari: ut etiam scandalum illis illam fore eadem nocte prædixerit. Verum si nos sentimus animo parum firmos, tunc hac tenus eorum illam fugam omnes imitemur: quatenus sceleris admittendi periculum fugere sine scelere possumus. Alioqui enim, si quis tunc aufugiat, quum aut suæ salutis causa, aut suorum, quorum curam sibi commissam videt, Deus eum state jubet & confidere: hic (nisi forte propter præsentem vitam facit, imo si propter præsentem vitam facit) facit omnino stolidem. Quid enim stolidius, quam breve tempus & miserum æternæ felicitati præferte? At si propter futuram vitam facit, quoniam videbit fugit, ne Deum cogatur offendere: & pessimè simul facit & stolidissime. Est enim deterroris semper immensus facinus, cui quum adjuncta sit desperationis immanitas, transfugæ scelus exæquat. Nam quid potest excogitari deterius, quam desperato Dei prædictio, locum in acie quem tibi tuendum Deus tradidit, hosti fugientem prodeat? Præterea quid insanius, quam ne forte peccare te contingat, si manteris: ideo certum designare fugitum fugiendo? Ceterum quando fugere Deo non offendit licet, ibi nimurum tutius est marutandæ fugæ consilium, quam cunctando captum in horrendi criminis discrimen cadere. Facilius enim resest, & (ubi fas est) tuta tempore fugere: difficilis vero & periculosa pugnare. Verum enim vero adolescentis iste suo nos exemplo docet, quodnam illud genus hominum sit, quod diutius possit minore cum periculo subsistere: & si contigerit capi, ex ipsis etiam manibus capientium facile possit evadere. Nam is adolescentis, quanquam post omnes restitit, Christumque tam diu subsecutus est, quoad injectis manibus tenuerunt eum: tamen quia non erat variis induitus vestibus, sed tantum sola simpliciique syndone, nec in illam ipsam quidem vel insitus vel insibulatus, sed superjecta negligenter amictus super nudo, nimurum sic, ut facile posset excutere, subito rejecta, & in capientium manib; illuc relicta syndone nudus aufugit ab eis, & nucleum auferens reliquit pignori putamina. Quid hoc figurat nobis? quid in qua aliud, quam quod non aliter ac ventricosus quispiam & obelo tardus abdomen, aut is qui densa vestium sarcina vadit onus, ineptus redditur ad incitatum cursum: sic ingruente tribulationis angustia vix vir ille potest inde fugere, qui multis opum facculis, cir-

cumcinctus est. At nec is quidem celerei unquam cursum conficeret, qui veste quantumvis tenui nodis in artum tractis sic incingitur, ut libere spirare non possit. Facilius enim fugiet, qui magnam gestans cito potest abjecere: quam si quis admodum paryam sic alligatam habeat in cervice, ut eam necesse sit, quo cunque procurat ferre. Videre sicut rarius quidem istud, quam vellem, sed (laus sit Deo) videre licet interdum homines apprime divites, qui potius parati sint pariter universa perdere: quam offendo Deo quicquam servare cum sceleri. Hi vestes multas habent, sed quia non sunt incisa eti, quam periculum fugam suadet, facile rejectis vestibus effugunt. Contra vero videmus quosdam & hos multos plures, quam vellem, quibus quoniam tenui contingit indumentum & per quam curta supplex: ita tamen ad inopes illas opes tuas: quos ferrum in arant affectus, ut potius quam se partantur ab illis distracti, cunctem a carne facilis possit avellere. Talis fugam capessat oportet in tempore. Nam si semel apprehensa veste teneatur: peribit ipse potius, quam relinquit syndonem. In summa, docemur adolescentis hujus exemplo, propter orientes tribulationes subitas, & ex improvviso inguenta pericula, ne forte res fugam postulet, semper ut parati simus nec ita variis vestibus onus, nec una quidem insublati: quin, quam res urgeat, abjecta syndone nudi possumus effugere. Quin si cui paululum prospiceret adhuc libertongius, vide porest in hoc adolescentis facto commendatum nobis documentum adhuc multo fortius. Siquidem vestimenti vice corpus animae est. Anima corpus induit, quoniam ingreditur mundum: corpus exiit, quoniam morteus hinc egreditur. Tum quanto corpore vester vilior est, tanto est anima corpore pretiosior: nec minus furiosè fecerit, qui animam impedit corpori, quam si quis sic inflanat, ut corpus optet potius, quam pallium perdere. Nam de corpore quidem Christus sic: Nonne corpus est (inquit) plus quam vestimentum? Sed quanto plus animam praedicit? Quid prodest (inquit) tibi, si universum mundum luceris: anima vero tua detrimentum patiaris, aut quam conmutationem dabit homo pro anima sua? Dico autem vobis amicis meis: ne terremini ab his qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Admonet ergo nos hoc adolescentis exemplum, cuiusmodi nobis debeat anima nostra vestimentum corpus adversus tales necessitates esse: ne sit videlicet obesum luxu, libidine diffluens, sed velut syndon tenuis, crassitiem scilicet exhaustiente jejuno: tum cui non ita forti constringatur affectus, quin ubi Dei causa postulet: liberiter possumus abjecere. Hoc nos docet adolescentis iste, qui, quoniam teneretur ab impiis: potius quam facere aut dicere quidquam cogeretur, quod honori Christi posset adversari: relicta syndone nudus aufugit ab eis. Fecit huic adolescenti simile alius olim adolescentis prior, sanctus & innocens Patriarcha Joseph, insignis documentum posteris, non secius ab incestu stupri periculo, quam ab intentata cæde fugiendum. Illum enim, quod esse facie pulchra & decorus aspectu, Putipharis uxor, cuius domui servus praefectus est, oculis in eum conjectis adamavit, eoque furoris tandem insana libidine percita provehitur: ut non vultu

Apoc. 3.

Matt. 6.

Matt. 10.

EXPOSITIO.

tantum verbisque impudens ultro se juveni offerret, abhorcentemque illiceret, sed & detrectanti manibus injectis, prehensa veste, viro mulier (proh pudor) inferret vim: at ille, quoniam mori mallet, quam nefarum seclusus admittere sciretque simul, quam periculosem sit, contra præsentem veneris copiam cominus inire conflictum, nec illam totius quenquam posse, quam fagiendo vincere: in adulteria manu relicto pallio, celeri fuga sefe porripuit foras. Ceterum nobis (quod instaurare) non pallium, non toga, non tunica, non aliud ejusmodi vestimentum corporis: sed anima quoque vestis corpus ipsum, potius quam flagitium admittimus, abiciendum est. Nam si id studemus peccando servare, perdimus, & animam simul amittimus: sin ob amorem Dei patienter sustinemus amittere, quemadmodum anguis pellem veterem, quem (opinor) senectam vocant, spinis & tribulis afflictam exitit, & relinquentis in sepibus titidus & juvencens egreditur: ita nos Christi consilium sequentes, prudentes talicet sicut serpentes effecti, corpus hoc vetustum, velut anguinam senectam inter spinas tribulationis effricatum ob amorem Dei relinquentes in terris, nisi sumitum & juvenes nunquam poitilla sensu sensum, propere subvehemur in coelum.

DE CHRISTI CAPTIONE.

Tunc acceperunt & manus injecerunt in Iesum. Cobors autem & Tribunus & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & tenentes ligaverunt & adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim foris Caiphe. Erat autem Caiphe, qui constitum dederat Iudeus, quia expedit unam hominem mori pro populo. Et convenerunt in unum omnes Sacerdotes, Scribi, Pharisei & Seniores.

Quo tempore primum in Christum manus injectae sunt, sententiae Doctorum variant: dum ex Evangelistarum de re concordium, sed in recensendi modo variandum (quippe quod unus anticipat, alius intermissum repetit) ex interpretibus nihil historie veritati derogantes, nihil præjudicantes invicem alius aliam conjecturam sequitur. Matthæus siquidem ac Marcus eo rem recentem ordinis ut licet conjecte primitus post osculum Iudei, manus injectas in Iesum, tamque conjecturam quum alii Doctores Ecclesiæ non incelebres, tum vir egregius Joannes Gerlon in eo opere, cui titulum fecit *Martyragogus* (quod opus ejus dum Passionis ordinem percenseo, ipse quoque in præsenti potissimum delegi mihi) comprobat, & historiam contexendo sequitur. Quo uno in loco tamen ipse deflectens ab illo secutus eos sum (qui quidem & ipsi celebres Autores sunt) qui ducti ex Luce & Johannis narratione conjecturis Valde similibus veri censem post, osculo dato, regressum ad cohortem, & Judæos Judam, post prostratam Christi sola voce cohortem post, amputatam fandamque rursus servi summi sacerdotis auriculam, post cohibitos, ne pugnarent, reliquos, post increpatum, qui pugnarat Petrum, post compellatos iterum qui tum aderant magistratus Iudeorum denunciataque, quod ante non poterant, capiendo tum concessam facultatem, post Apostolos omnes clausos fuga, post adolescentem, qui quoniam captus, tenui tamen non potuit, alaci nuditate servatum, tum demum primum manus injectas in Iesum.

Thomas Morus in hoc opere ulterioris progressus non est, hacenus enim cum esset perventum, omni negato scribendi instrumento, multo arctius quam antea in carcere detentus: non ita multo post propter turrim Londinensem loco consueto securi percussus est, secundo Nonas Julii, Anno Domini supra millesimum quingentesimo tricesimo quinto, Regis vero Henrici Octavi vicesimo septimo.

QUOD